Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

1,-131-8°

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 18°

11010802211 9

+REX

DET STORE KONGELIGE BIBLIOTHEK

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

SPECULUM AMORIS DIVINI,

HOC EST

COMMENTARIUS,

(SEU POTIUS MEDITATIONES) AD CANTICA CANticorum Solomonis, in quo, tanquam in ſpeculo cernere poſſumus Φιλανθρωπίαν Chriſti erga Eccleſiam, & ejus viciſſim erga eum amorem.

Teſtimonijs ſacræ Scripturæ confirmatus; lucubrationibus & monumentis Patrum illuſtratus,

AUTORE

LAURENTIO HALVARDI,
Sthenio Nortvego.

VVITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typographicâ JOHANNIS GORMANNI,
Anno M DC XX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Generoſsimo Juxta ab Nobiliſsimo,
ùmniq; virtutum ſplendore, quà heroica-
rum, quà aliarum excellen-
tiſsimo Domino

Dn. JOANNI SPARRE
SPARRISHOLM,

EQuiti Aurato Strenuiſsimo, aro
Bahuſienſis Præſidi Spectatiſsimo, ibi-idi
demq; Sereniſsimi, atq; Potentiſſi-
mi REGIS Danorum Vicario
Magnificentiſsimo,

Dn. Mœcenati ac Fautori multis n
minibus æternùm vene-
rando,

Gratiam opulentam, pacem almam
ſalutemq; æternam à Deo Patre per
JESUM CHRISTUM corde-
tenùs ac medullitùs
precor.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

EPISTOLA DEDICATORIA.

LEgimus, Vir Generose & Illustris, apud Ælianum de Xerxe, qui dicebatur maris terræq; Juppiter, hic cum in Lydiâ vidisset proceram arborem, Platanum, hujus arboris amore captus adeò, ut ibi integrum diem commoratus est cum toto exercitu, nullâ postulante necessitate, & castra posuit circa eam. Insuper multiplicem ac pretiosum ornatum in eâ suspendit, torquibus armillisq; ramos veneratus, & curatorem ei reliquit, quasi custodem & propugnatorem amasiæ. Hunc amorem omnes in universum admirantur homines, quòd Potentissimus Rex arborem amat, quæ redamare non potest: Sic meritò. *Ælian. l. 2. fol. 40.*

I. CHRISTI amorem erga Ecclesiam, Sponsam suam charissimam

(de quo reciproco amore Christi & Ecclesiæ hîc ubiq; in Canticis agitur) admiramur, (quod CHRISTUS, qui est REX Regum, & Dominus dominantiũ, quem cœli cœlorum non capiunt, 1. Reg. 8. qui à seculo principatum habuit ab initio ante terram Pr. 8. cujus egressus est â diebus æternitatis Mich. 5. qui dominatur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos terræ Psal. 72. cujus solium est cœlum, & terra scabellum pedum ejus Esaiæ 66. qui cum sit infinitus & immensus DEUS, cujus magnitudinis non est numerus, cujus sapientiæ non est finis) dicentes cũ Mose Deuter 33. quid ita diligis populos? cur Æthiopissam ducis Sponsam tuo genere & immensitate indignam? tu, qui tantus es, cur nos diligis tantum gratis, tantillos & tales? Bernhard. quid homo, cur recordaris ejus, aut filius hominis, quod visitas eum? Ps. 8. quid homo vermis, tàm chara possessio tua, cujus causa firmamentum, Sol,

1. Reg. 8. 24.
Prov. 8. 22.
Mich. 5. 2.
Ps. 72. 8.
Psai. 66. 1.
Deut. 33. 3.
Bernhard.
Psal. 8. 5.

Luna

Luna & astra facta sunt? Chrysost homil. 26. super Matthæi c. 25. quid adeò lætaris in operibus tuis? Ps. 104. quare in hominibus omnis voluntas tua? Ps. 16. quid in nobis inveniſti, ut charitate perpetuâ diligeres nos, & misericordiâ attraheres, atq; ædificares virginem Israëlem? Jerm. 31. cur filius pretiosus tibi Ephraim, & natus delitiarum cur tumultuantur viscera tua ei? Jer. 31. quare tu, qui es filius DEI, adeò dilexisti nos, ut teipsum pro nobis traderes? Gal. 2. cur te nobis desponsâsti in æternum misericordiâ, miseratione & judicio? Hos. 2. quid multa? imò fœdere perpetuo in generationem & generationem Psal 89.

Chrys. hom. 26. super Matth. c. 25.
Ps. 104. 31.
Psal. 16. 3.
Jerm. 31. 4.
Jerm. 31. 4.
Galat. 2. 20.
Hos. 2. 19.
Psal. 89. 4.

II. Admiramur, quod CHRISTUS circa suam Sponsam, Ecclesiam castra Angelica posuit, quæ essent quasi custodes & propugnatores amasiæ, ut est Psalm. 34. Castra metatur Angelus Domini circa timentes eum, & eripit eos Ps. 91. Angelis

Psal. 34. 8.
Psal. 91. 11.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ſuis mandabit tibi, ut cuſtodiant te
in omnibus vijs tuis, & in volis por-
tabunt te, ne impingas ad lapidem
pedem tuum, imò Sponſus ipſe eſt ei
murus igneus circum, & in gloriam
Zach. 2. 5. in medio ejus Zachar. 2. Et caſtrame-
c. 9. 8. tatur domui ſuæ ab exercitu, à tran-
ſeunte & redeunte, ne tranſeat ſuper
eam ultra exactor c. 9. Et mõtes ſunt
circa Jeruſalem, & Dominus ipſe eſt
circa Sponſam ſuam à nunc & in ſe-
Pſ. 125. 2. culum Pſ. 125. ac cum illâ commora-
tur non uno die tantùm, ut Xerxes,
ſed uſq; ad ſeculi conſummationem
Matth. 28. Sabbathumq; & requiem
Matt. 28. 20 perpetuam in illo, per intimam ar-
ctiſſimamq; animæ inhabitationem,
celebrat, ut eſt Zach. 2. Ecce, ego ve-
Zach. 2. 10. niam, & habitabo in medio tui. Et
Levit. 26. Leviti. 26. ponam habitationem me-
11, 12. am in medio veſtri, & non reproba-
bit anima mea vos, & ambulabo in
medio veſtri, eroq; vobis in Deum, &
eritis mihi in populum.

III. Admiramur, quod CHRI-
STUS ſuam dilectam pretioſo orna-
mento,

mento, torquibus, armillisq; condecoravit, ut est Psa. 45. Adstat conjunx ad dextram tuam in massâ auri Ophir, tota inclyta filia Regis intrinsecus ex auro vestimentum tuum. Et Ezec. 16. cum transiret juxta eam (in sanguine suo postratam) tunc venit tempus amorum, ut expanderet alas suas super eam, ac in pactum cum eâ ingrederetur, & vestivit eam acu picto, & calceavit eam taxo, & stravit eam byssо, & operuit serico, & ornavit eam ornamento, & dedit armillas super manibus ejus, & torquem super collo ejus, & dedit inaurem super nare ejus, & circulos super auribus, & coronam gloriæ in capite ejꝰ, & ornata est auro & argento, & vestis ejus byssus, sericum, & polymitū, & decora facta est in vehementiâ valdè, & prosperata est in regnum, & egressum est ei nomen in gentes propter speciem ejus, & perfecta est in decore, quem sponsus posuerat super eam. *Psᵗ. 45. 10, 13.* *Ezech. 16. v. 8, 10, 11, 12, 13.*

Cum Deus nos homunciones ad-

eò flagranter & impotenter amat, quisnam quæso finis & modus debeat esse nostri amoris, sed nos miseri vicem rependimus cum mensurâ.

Deute.32,6. Dicamus itaq; cum Mose Deuter. 32. nunquid Domino retribues illud, populeingrate, nonne ipse Pater & acquisitor tuus, ipse fecit & firmavit te? & cum Jacobo *P*atriarchâ Gen.32. 10. minor sum cunctis miserationib9 tuis, & omni veritate, quam fecisti, cum servo tuo & cum Davide 2.Sam.

2.Sam.7.18 7. quis sum ego, Domine, Jehova, & quæ est domus mea, quod adduxisti

Psal.116.12. me huc usq;? Et cum eodem *P*sal.116. quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi &c.? Et cũ Michâ c.6. in quo præoccupabo Domi-

Mich. 6.6. num? curvabo me Deo celsitudinis. Cum Paulo Rom.11.35. quis prior dedit ei, ut reddetur ei? Et cum Augustin.

Rom.11.35.

Aug.l.de dilig Deo c.6. l. de dilig. Deo c. 6. cogita, ô anima mea, quod aliquando non fueras, & ut esse inciperes, hoc Dei dono acceperis. Donum ergô ej9 erat, ut fieres: Sed nunquid ei aliquid dederas, priusquam

usquã fieres, quod tibi hoc redderet, ut fieres, nihil prorsus, nihil tu dederas, nihil dedisse poteras, ut fieres? Et post pauca: magno debito obligatæs, anima mea, multum accepisti, & à te nihil habuisti, & pro omnibus his nihil habet, quod retribuas, tantum ut diligas. Et cum eodem c 9. ô anima mea, quid faciemus Domino DEO, à quo tot bona accepimus? Et post pauca: tu dedisti purius diligere te, syncerius credere in te, ardentius sequi te. O Domine, Deus meus, dulcedo vitæ meæ, vis ut diligam te, quomodo diligã te, quãtum diligã te? quis sum ut te diligam? Et in medit. c. 15. Quid tibi retribuere possum? Deus noster pro tãtis misericordiæ tuæ? quas laudes, quasve gratiarum actiones? Etiã si illa beatorum Angelorum scientia & potẽtia nobis foret, nihil tamẽ dignum tantæ pietati, & bonitati tuæ recompensare valeremus. Si certè omnia membra nostra verterentur in linguas ad rependendum tibi debitas laudes, nequaquam sufficeret exiguitas nostra. Supereminet enim omnem scientiam tua inæstimabilis charitas, quam ostendisti nobis

Idem. c 9.

Id. in medi. c. 15.

nobis indignis pro solâ bonitate & pietate tuâ. Et l. de cordis cont. c. 6. Certè Domine, quia me feciſti, debeo tibi meipſum totum, imò debeo amori tuo, plus quàm me, plus tibi debeo, quàm me ipſum totum; ſed nec plus habeo, nec ipſum, quod habeo, per me totum reddere poſſum. Et cum Damaſceno l. 4. de ort. fide. c. 4. Euge; ô CHRISTE Dei verbũ, & ſapientia, & virtus, & Deus omnipotens, quid tibi pro his omnibus nos pauperes retribuemus? Tua enim omnia, & à nobis petis nihil, niſi ſalvare. Ipſe etiam hoc das, & accipientibus gratiam habes propter ineffabilem bonitatem tuam. Tibi gratia, quod eſſe dediſti, & benè eſſe largitur es & eos, qui ex illo deciderint, rurſus erigens ad illud propter ineffabilem condeſcenſionem & miſericordiam.

Id. L. de cordis cont. c. 6.

Damaſce. l. 4. c. 4. de ort. fide.

Veſtræ Generoſitati hoc opuſculum qualecunq; ut inſcribam, me movet *1.* pietas veſtra erga DEUM. *2.* Amor, favor & munificentia erga

Muſas

Musas. 3. Justicia & æquitas erga Subditos, idemq; V. S. offero, non ut munus aliquod tãto Strenuo Viro condignum, sed tantum ut subjectionis & laboris mei qualecunq; specimen, humillimè rogans, ut serenà fronte, vultuq; benigno suscipiat, meumq; tenue studium æqui boniq; consulat, meq; V.ræ S.ti commendatum habeat.

Interim Deus Omnipotens V.ram S.tem cum costà castissimà ac nobilissimà, totàq; familià sub umbrà alarum suarum protegat, & quàm diutissimè salvam incolumemq; conservet.

Vestræ Strenu.tatis

Subjectissimus Cliens

LAURENTIUS HALVARDUS,
S. N.

CAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

CANDIDO LECTORI CUM DEBITA REverentiâ S.

SCias, pie lector, hunc librum à Solomone esse conscriptum, ante ejus apostasian, & tàm ab Orthodoxis Patribus, quâm à modernis Theologis indubitanter pro Canonico semper habitum: in quo sapientissimus Salomon suis amatorijs verbis, haud filiam Regis Pharaonis, aut Abisag Sunamittidem (quæ in senectute ministrabat Davidi parenti ejus 1. Reg. 1. 3. cujus mentionem facit Cant. 6.) aut aliam quampiam alloquitur, ut homines carnales, rerumq; spiritualium ignari (mente depressâ in hisce terrenis, & non capiente, quæ spiritualiter dijudicantur) somniârunt. Quare Judæis cautum erat, ne quis hunc librum legeret ante ætatis suæ 30. annum, ut testatur Origenes in præfation. in Cantic. (quæ ætas est sacerdotalis ministerij initium) ne quæ hic mymysti-

1. Reg. 1, 3.
Canti. 6. 12.
Origen. in præfat. ad Cant.
Num. 7. v. 3.

ſticè & ſpiritualiter dicuntur, carnaliter & in deteriorem, ex affectu juvenili, interpretarentur partem.

Cum Solomon vellet Chriſti Φιλανθρωπίαν, *& amorem ſpiritualem vivis quaſi coloribus depingere. Sumſit itaq; parabolas ab amantibus, & nuptijs eſt carnalibus. Sicut enim in nuptijs Sponſus & Sponſa, quiſe invicem flagranter amant, & amici Sponſi & Sponſæ: Sic & in hoc cantico nunc in ſcenam introducitur Solomon (qui perſonam filij DEI agit) nunc Sulamitib, ut Cantic. 6. quæ repræſentat Eccleſiam, & animam piam. Hæc in Canticis à filio DEI vocatur Sponſa formoſa, amica, dilecta, ſoror, integra, perfecta, columba &c. nunc chorus ſodalium Sponſæ, ut Canti. 5. nunc nova Sponſa ex Ethniciſmo recens converſa, ut Cantic. 8. Sed in nuptijs carnalibus una ſaltim eſt Sponſa, (licet nuptiæ ſunt omnibus communes) quæ ad thorum Sponſi admittitur. In Eccleſiâ autem omnes piæ animæ ſunt Sponſa, & ad caſtiſſimum ejus thorum admittuntur, ut Auguſtinus ait:*

Canti. 6. 12.

Canti. 5. v. 8, 16.

Cant. 8. 10.

Aug. tract. 2. in epi. Ioannis.

Ductu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Ductarus est uxorem filius Regis & ipse filius Regis Rex, & qui frequentant, ipsi sunt Sponsa. Non quomodo in nuptijs carnalibus, alij frequentant nuptias, & alia nubit: in Ecclesiâ qui frequentant, si benè frequentant Sponsa sunt. Omnis enim Ecclesia Sponsa Christi est: cujus principium & primitiæ caro Christi est, ibi juncta est Sponsa Sponso in carne.

Insuper & hoc notandum, quod Sponsa aliquando sit in statu incipiente, aliquãdo in proficiente, aliquando in perfecto: nunc amore fervet, ut Cant. 7. nũc tepet, ut Cantic. 3. nunc friget. ut Cantic. 5.

Cant. 1. 13.
Cant. 3. 1, 2, 3
Cant. 5, 2.

Hisce Candidum Lectorem ad ipsum Commentarium relegatum volo: VALE.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Canticum Canticorum.

Inscriptio. Versus 1.

NE jota, aut punctum quidem in sacris literis temerè aut frustra à Spiritu Sancto esse positum, apud prudentes, & pios, minimè est dubium: Sic & in hoc cantico.

I. Ita inscribitur Canticum canticorũ ad denotãdam ex vi Hebraismi huius cantici excellentiam, præstantiam, sublimitatem ac dignitatem. Sic n. Hebræi vocant: Regem regum, dominum dominantium, Sabbatum Sabbatorum, Sanctum Sanctorum Cœlum cœlorum &c. *Apoc. 17. v. 14. 1. Reg. 8. v. 27. Esai. 66. v. 23.*

II. Dicitur Cant. cant. eò quòd cæteris canticis non aliorum scriptorum tantùm, sed & ipsius Solomonis 3000. parabolas, & 1000. hymnos longè antecellit. *1. Reg. 4. v. 5. & 32.*

Moses cecinit canticum, cum Pharao in profundum maris descenderit tanquam lapis, & Miriam. Tres viri in fornace Babylonica; Judith: David; Maria Mater Christi, & Zacharias, Sed hæc omni nequaquã conferri possunt, cum hoc læto nũptiali carmi- *Exõd. 15. v. 5. v. 20. Dan. 3. v. 52. Iudi. 16. v. 1. 2. Sã. 22. v. 1.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Luc.1.v.46. 68. carmine, sive epithalamio. Illa n. aut de externâ liberatione à tyrannibus in Ecclesiam sævientis, aut de conceptione, partu, vel amplexu naturali: hoc de internâ liberatione, requie & pace in Spiritu Sancto cum sponso suavissimo; & de conceptione, partu, & amplexu Spirituali ut est *Cant.6.v.1. & 8.v.3.* Cantic. 6.v.1. & 8. v.3. Immo hoc canticũ agit de pneumaticâ & Spirituali unione mortalis & maledicti hominis cum æterno, & benedicto filio Dei *Cant.6.v.2.* Cant.6.v.2. Atq; hæc sufficiant de ipsâ inscriptione, sequitur ipsum carmen nuptiale. *Versus.2.* Osculetur me ex osculis oris sui, quia meliores sunt amores tui vino.

Osculum sanctum & pudicum charitatis symbolum est. Orientalibus osculò salutandi ritus valdè fuit familiaris, ut videre est in Patriarchis: Isaac osculatus est *Gen.27.v. 27.29.v. 11, 31. v.55. 33. v.4.45.v.15.* Jacobum Gen. 27. & Jacob ipsam Rachael, Laban suos liberos, Esau Jacobum; Joseph fratres suos omnes; Aaron Mosen; Jonathan Davidem; Salutemus itaq; nos invicem osculo sancto 1. Cor. 16 non falso, & proditorio, ut Joab, 2. Sam. 20. v. 9. & Judas Christum Matt. 26.v.49. *Exo.4.v.27. 1.Sã.20.v.41 2.Sã.14.v,33 1.Cor.16. v.20.*

Venerabilis Beda super Cantica ita canit: Multum vexat hominem amor mundi, veruntamen super omnia transfigit & pene-

penetrat cor hominis, & excoquit desiderium æstibus amor Dei. Cui sanè dicto apprimè consentit ardentissima hæc amantis sponsæ petitio, quæ votis omnibus cupit Sponso uniri, ac caritate sociari, & arcanâ conjunctione singulariq; modo sibi Deum commisceri. Sicut enim osculum est duorum corporum contactus: ita hæc Dei cum anima grata conjunctio; est arcanus duorum spirituum, isq; sanctissimus contactus. Licet hic non intelligat corporalē commodum osculandi, sed spiritualem, ut Theodoretus super cantica ait: Osculum non intelligimus oris cum ore, sed animæ piæ cum divino verbo conjunctionem: quasi sponsa diceret: Verba per literas audivi, cupio & ipsam vocem audire, & doctrinā ex ore ejus, quasi mentis meæ labijs deosculari. Hæc ille. *Theodor.*

His dum arctatur affectibus, à Spiritu sancto excitatis, efficacissimus ille amor erga sponsum, illam clamare fecit, & in publicū jussit prosilire, ibiq; osculum, id est, arctissimam illam cum Deo conjunctionē vividissimè petere, non aliter, quàm ut legitur de Monicâ matre Augustini, cum audiret in concione quâdam de vita æterna & nos Deo adeò esse charos, surgens dixit: volemus, evolemus hinc. Idem & David

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

4.

Psa. 73. v. 25

Psal. 73. v. 25. Quis mihi in cœlo tecum, nec nolui esse in terrâ, defecit caro mea, & cor meum rupes cordis mei, & pars mea Deus in seculum.

Osculans, os, osculum tres summæ Trinitatis personas innuit sponsa, ut loquitur Bernhardus. Osculum cōmune est osculantis, & osculati: si ergò invicem se osculantur pater & filius, quid est eorū osculum, nisi Spiritus Sanctus? Ex hujus osculi impressi-one suscipit anima à sponso Dei cognitionem, & amorem veritatis. Os patris est filius, ibid

Bern. in ser. sermon. 54.

Repudiata Synagoga illâs nuptiæ sibi Sponsa ecclesiam ex gentibus, ve ordinati charitatis fervore post dissensum Christi ad interes expetebat gentis hilari &

Osculetur me osculo oris sui. Hîc æternus pater introducitur in scenam tanquā osculum imprimens. Os verò quo sponsa osculatur, filius Dei est, qui dicitur λόγος æternus Joh. 1. v. 1. & verbum Ps. 107. Misit verbum suum, & sanavit eos Os per Metonymiam pro verbo ponitur, & dicitur verbum, quia est voluntatis patris æterni interpres, ut ait Epiphani. Osculum vero ipsum ab osculante ore procedens Spiritus sancti proprietatem, qui à patre & filio procedit, luculenter indicat sponsa. Osculum enim nihil aliud est quàm duorum inter se amantium mutua in hæsio ac nexus, quo Spiritus Sancti pro

Joh. 1

Ps. 107 v. 20.

Epiph.

pri

prietas, velut admoto penicillo depingitur. Sanè Pater & Filius Spiritu Sancto velut quodam nexu connectuntur, & velut quodam osculo se mutuò exosculantur. Ait itaq; : Osculetur me majestas sponsi svavissimi oris sui osculo, id est, arctè mihi copuletur : ita ut ego , quæ antea eram inimica Deo , & peccatis inquinata, jam novæ fœdere pacis percussa , pacem osculo notatam deleto inimicitiæ & peccati veteris chyrographo, in secreta sponsi mei abditissima recipi possim. Huc illud Bernh. Anima habet duo labia, quibus osculatur sponsum , scilicet rationem & voluntatem. Rationis est percipere sapientiam : Voluntatis virtutem. De ratione quod dicitur an possit tolerari me latet, cùm ratio in divinis cœca esse debeat, satius videtur explicari de fide & fidei effectu.

In sermon serm. 54.

Non meminit personæ, cujus osculum petit expressè, quia scivit neminem ejus nomen noscere, nisi ipsum Apo. 19 & absq; revelato verbo exprimere posse, ut videre est in Monoa, qui cum quæreret de nomine Dei, respondit ei Deus : Nomen meum quid quæris , quod mira-

Apo. 19. v. 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Iud.15.v.18. bile est Jud.15. Sic & Mosi respondit: Ero
Exod.3,v.14 qui ero. Exod.3.

Oris sui.

Emphaticum est, q. d. cæterorum repudio, illius, quem diligit anima mea solius osculum oris admitto. Si quis spirituale hoc osculum ex ore Christi vel semel acceperit. Hunc proprium experimentū profectò solicitat repetit libens. Ego arbitror, vel neminem scire posse, quid sit, nisi qui accipit. Est quippè Manna absconditū, solus qui edit, adhuc esuriet, & qui bibit; adhuc sitiet, ait Bernh.

Serm. 3. in Cant. Theodoretus super Cant. ita explicat: Cum igitur sponsi pulcritudinem, robur, divitias, regnum, quod in omnes habet, vim ejus æternam, incorruptibilem nullum habiturum finem intellexerit: eum videre concupiscit, & in complexum ejus ruere, atq; illi dare oscula spiri talia. Avet igitur sponsa ab ipso deosculari, & suaviari, tantum mitte mihi unigenitum tuum filium ô Domine Pater, nimium n. jam illum expecto, illum desidero. Laboravi epistolas ejus accipiens per Patriarchas & legislatores, per Prophetas, amplius ferre non possum amoris flammam: ignis est ardens

ardens atq; urens in viſceribus meis. Per omnes prophetas ſe mihi venturum promiſit, neq; ad hunc uſq; diem promiſſa perficere voluit. Hæc ille.

Sciverunt enim omnes ſancti Dei ipſum contriturum caput ſerpentis, ideò tàm flagranter ejus adventum ſitiebant. Cum Eva peperit ſuum primogenitum, dixit: Poſſedi virum Dominum, & ideò vocavit nomen ejus Cain, quod ſonat poſſeſſionem, *Gen. 4, 1.* licet hæc miſera protoparens erraverit de tempore & individuo, tamen ſuum flagrantiſſimum deſiderium erga Meſſiam, carne exhibiturum, declaravit. Item & Lamech cum genuerit Noah, dixit: Ipſe conſolabitur nos ab opere noſtro, & labore manuum noſtrarum, de terrâ, cui maledixit Jehova; & Moſes, cum ait: Mitte, quē miſſurus es. Exod. 4 & David. Pſal. 14. Quis dabit ſalutem Iſraël ex Sion. Et Jacob Gen. 49, 18. Jehova ſalutem tuam expecto. Et Eſaias, Eſa. 64, 1. Utinam diſrumperet cœlum & deſcenderes: Et Eccleſia Cant. 8, 1. Utinam frater meus eſſes, qui ſugis ubera matris meæ, te offenderem in platea, ac te oſculerer, & nemo me contemneret. Abraham exultavit ut videret diem Domini, ac vidit in ſpiritu & viſione Gen. 18. & gaviſus eſt, Joh. 8. Hunc multi Reges & Prophetæ vo-

Gen. 5. v 29. *Exo. 4. v. 13.* *Pſal. 14. 7.* *Gen. 49, 18.* *Eſai. 64, 1.* *Cant. 8, 1.* *Gen. 18, 1.* *Ioh. 8. 56.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Luc 10.24. tæ voluerunt videre & audire Luc.10.Hūc incarnatum Simeon ulnis ſuis corporalibus & ſpiritualibus ſimul hilariter excepit *Luc.2,29.* Luc,2,29. O beati igitur oculi,qui eum nō viderunt, & tamen Meſſiam crediderunt. Johan.20.29 & credendo ſuavia cum eo commiſcuerunt.

Bernh.in ſerm.ſer.54 Bernhardus in ſerm ſer.54. triplex ſtatuit oſculum : 1. doctrinæ. 2.naturæ. 3.gratiæ. In primo accipitur remiſſio peccatorum : In ſecundo munus virtutum : in tertio cognitio ſecretorum. Primo oſculo oſculatus eſt omnes Patriarchas & Prophetas,qui vixerunt ante ejus incarnationem, ubi Deus eos oſculatus eſt verbo ſuo divino,ſive ſpiritualiter,cum eis tam multas& præclaras dederit promiſſiones, ſc. ſemen *Gen.3,15.* mulieris conteret caput ſerpentis Gen.3.& ut faceret ſemen Abrahæ multiplicari ut ſtellas cœli, & arenā maris.Gen.22,v.17. itē deſponſaturum ſe illis in æternum in juſtitia & miſericordiâ *Hoſ.2,19.* Hoſ.2.Secundo oſculo excepit eos,qui vixerunt tēpore ſuæ incarnationis, ubi oſculatus eſt oves perditas domus Iſraëliticæ, & ſalvavit quæ perierant,& peccatores non juſtos ad pœnitentiam vocavit Matt. 9.&tunc verè oſculatus eſt filiū perditum ac prodigum,nunc a- *Matt.9,14.* inventum Luc.15. Imò in agone quidem mortis

nomortis inclinato capite in cruce ad oscu-
onis andum totum genus humanum pepen-
dit, ut pereleganter ait August. Tertio os-
culo excepit Apostolos, & nos, qui hoc
mo tempore vivimus, post ejus ascensionem
o n in cœlum, ubi discipulis suis die Penteco-
es stes Spiritum S. visibili specie distribuit ab-
bmundè. Eundem spiritum S. hodie super nos, *Ioël. 2, 28.*
o & omnem carnem effundit Joël. 2 & ille
iqs Spiritus dat testimonium Spiritui nostro, *Rom. 8, 16.*
oup quod simus filij & hæredes Dei Rom. 8.
mi imò sponsa & amica Christi electa à Deo
ns ante jacta fundamenta mundi. Eph. 1. v. 4.
O O felix osculum, ac stupendâ dignatione *Bern. serm. 2. in cant.*
im mirabile O amabile, salutare, & omnibus
om modis necessarium, ideoq; expetendum
lo osculum. O bone Jesu, si te incurvasti ob
lo osculum Judæ iniquum & proditorium, *Matt. 26, 49.*
xo excipiendum Matth. 26. quantò magis te
ni incurves ad nostra oscula pio affectu tibi
do oblata in omnibus orationibus, afflictio-
dis nibus, anxietatibus & tribulationibus no-
ist stris inprimis autē in agone mortis osculo
ou tuo, sc Spiritu S. misericorditer nos recre-
ids abis, & refocillabis, tunc sanabitur anima
on nostra. Considera, ô anima mea oscula Do-
im mini Dei tui, & osculare eum rursǫ, ne for-
ió tè irascatur tibi, & pereas in viâ ψ. 2, 12. non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

tamen fœtente animâ, ut Chryſ. hom. 16. ad pop. ait: Fœtente ore tuo regem tuum oſculari non eligeres: regem v. cœli fœtente animâ oſcularis.

Si quis quærat, cur adeò ardenti præſentiam ſponſi flagret deſiderio, cur oſculum tàm ſitienter expetat. Huic interrogationi reſpondet *Textus*: Quia meliora ſunt ubera tua vino.

Sponſa ſponſum optatum intuita obſtupeſcit, atq; ubera & ſuavitatem odoris admiratur, ait Theodoret. ſuper Cant.

In Hebræo ſunt amores tui, ubi videmus ubera, & amores unam rem denotare. Uber eſt inſigne amoris ſymbolum, & propinquum cordi, cujus ſedes eſt ſub uberibus maximè a. ſub ſiniſtro.

Hebræi per ubera ipſam amoris ſedem ſignificant. Sanè cor quaſi uberibus ſtipatur, & continetur. Unde commorari inter ubera Cant. 1. & Prov. 5. ubera ejus inebriente in omni tẽpore v. delitijs & amoribus ejus perfruaris. Prov. 7. inebriari uberibus & collætari in amoribus dicitur. Unde proverbium: Dulci amore ebrius. Senſus igitur verborum hic eſt: Nihil uberibus tuis deſiderabilius, delitias, convivia, gaudia cuncta ſuperant. Propterea tanti facio ubera ſponſi, quia delibata quâdam odoris

Cant. 1. v. 13.
Prov. 5, 19.
Pro. 17. v. 15

vis

ivvi cunctis aromatibus totius Orientis, & unguentorū fragrantia ſuaveolentiâ præcellunt.

Hieron. Epiſt. 136. dicit: Deum habere decem nomina in ſanctâ linguâ, & unum ex his eſt שַׁדַּי quod ſecundum quoſdàm שָׁדַי à שַׁד i. e. mamma ſeu uber derivatum erit. Bernh. ſerm. ſup. cant. ait. Duo ubera ſponſi duo ſunt in ipſo ingenitæ manſuetudinis argumenta, quod & patienter expectat delinquentem, & clementer recipit pœnitentem. Gemina (inquit) dulcedo ſuavitatis exuberat in pectore Domini Jeſu, longanimitas ſc: in expectando, & in donando facilitas. Ergo Chryſ. ait: Sicut mulier uberibus lacte diſtentis libenter vult lac infantulo ſuo præbere: ita Deus diſtenta ubera habet miſericordiâ & gratiâ plena, ex quibus vult non ſolum infantulis, verùm etiam ſenibus lac præbere. *Hier. epi. 136*

Ubera metonymicè ponuntur pro lacte, & illud lac eſt dulcor æternus, quo Deus plurimos ad juſtitiam allicit. Sicut mater infantulo ſibi chariſſimo utraq; ubera præbet: Sic Deus nobis ſpiritum S. & gratiam ſuam largitur. Unde Auguſt. ſol. c. 19. Beneficijs tuis, ô Jeſu, ſine intermiſſione me nutriviſti: & q. filium tuum parvulum, tenellum uberibus tuæ conſolationis laſti,

ctasti, & confortasti me. Unde Chrys. Sicut mulier gravida, & partui proxima, intimè parere concupiscit: sic Deus uterum gerens gratiâ & misericordiâ plenum, intimè illam super nos effundere cupit: O maternus affectus: ô potens amor, ô perennes lactis rivi.

Episcopus Orgelitanus per duo ubera Christi Evangelistas & Apostolos intelligit, per eos n. in fide enutrimur, & spirituali alimento reficimur Unde Paulus 1. Cor. 3, 2. Fratres, non potui loqui vobis ut spiritualibus, sed loquendum fuit in carnalibus, ut infantibus in Christo, lactis potu vos alui, & non cibo, nondum n. poteratis imò ne nunc quidem potestis, nam carnales adhuc estis. & Heb. 5. Facti estis ij, quibus lacte opus est, non solido cibo. Et 1, Cor. 4. In Christo Jesu vos per Evangelium genui. Meliora vino probantur 1. quia Evangelica doctrina eminentior quã lex olim data dignoscitur. 2. quia ibi figura, hîc veritas; illic vini austeritas, hîc dulcedo gratiæ: illa posternit & occidit, hæc erigit, & vivificat. Vinum inducit somnũ, ille verò dulcor mentem erga terrena sopit, rationis verò vim & usum acuit. Hinc Greg ait in Cant. Ubera sponsi vino meliora existunt, quia illud necat, hæc nutriunt:

1. Cor. 3, 2.

Heb. 5.

1. Cor. 4, 15.

unnt: illud oculos mentis turbat, hæc
nonnuunt, illud apostatare facit etiam sapi-
entes, hæc ipsissimos idiotas sapientes ef-
ficiunt.

A Ad odorem unguentorum tuorum o- *Vers. 3.*
ptimorum oleum effusum est nomen tu-
um.

H Hic odor est Spiritus S. charisma, quo
præ consortibus suis est unctus Christus,
unde & nomen accepit, quòd Christus, *Psal. 45, 8.*
dicitur Psal. 45. Unxit te Deus, Deus
tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
Idem Christus de se testatur Esai. 61. Spiri- *Esia. 61, 1.*
tus Domini super me, quapropter unxit
Dominus me, ad Evangelizandum man-
suetis, misit me ad ligandum fascia con-
tritos corde, ad prædicandum captivis
dilibertatem, & vinctis apertionem carce-
ris, ad prædicandum annum voluntatis
Domino. Idem quoq; Petrus affirmat:
Jesum à Nazareth quemadmodum un-
xit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute,
qui pertransiit benefaciendo, & sanando o-
mnes oppressos à Diabolo Act 10. Sic un- *Acto. 10. 38.*
ctio effusa est in oram vestimenti ejus, in *Psal 133, 2.*
totam Ecclesiam, quæ sine dubio vestis i-
psius est, unà cum operationibus virtutū,
sanctitate doctrinæ, fragrantiâ conver-

satio-

Gen. 8, 21. sationis. Deus ipse testatur Gen. 8. (cum Noah ei sacrificium offerret) se odoratum fuisse odorem quietis. Isaac odorem Jacobi odoratus est, & vestimentorum ejus, cū ait Gen. 27. Odor. filij mei est sicut odor agri, cui benedixit Jehovah.

Gen. 27, 27.

Theodor. super Cant. Theodor. super Cant. unguentum sponsi vocat gratiam spiritualem, qua ille refertus nobis omnibus ex suâ plenitudine impertivit, quare Paulus: Christi bonus odor sumus in ijs, qui salvifiunt, & in illis, qui pereunt: alijs quidē odor mortis ad mortem, alijs a. odor vitæ ad vitam. Vulturibus n. cadavera devorantibus suavitatem exhibent fœda corpora: unguentum verò perniciem. Sic hominibus impijs, seq; in fœditate peccati volutantibus, teter libidinis odor est suavissimus, gravis a. & molesta Christi disciplina, quapropter & voluntariam ipsis mortem affert. Hæc ille.

2. Cor. 2, 16.

Iohan. 3. 19. Unde Christus Joh. 3. Hoc. n. est judicium, quod lux venit in mundum, & homines magis tenebras quàm lucem dilexerunt.

Unguentorum ponit in plurali, indicans, multa esse munera gratiæ, quod Apostolus testatur 1. Cor, 12. unicuiq; datur manifestatio Spiritus ad id, quod expetit. Huic n. per spiritum datur sermo sapientiæ: alij

1. Cor. 12. 7.

vero

verò sermo scientiæ secundum eundem Spiritum : alij verò fides : alij verò dona sanationum per eundem Spiritum &c.

(*Optimorum.*)

1 Lac sponsi vino antelatum optimis unguentis fragrore asseritur, quia dulcor internus lacte ipso notatus, quem Deus recedentibus justitiæ partubus instillat, paradisi cœlestis odores aromaticos intimis cordis naribus immittit. Tunc n. anima discit divinam secernere à terrestri suavitate, ac mentem ad divinam erigere.

2 Odor significat Jesu bonitatem, ut Ber. interpretatur serm 22. super cant qui odor excitat ad currendum. Omninò propter mansuetudinem, quæ de te prædicatur, currimus post te, Domine, Jesu, audientes, quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Cananæam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in telonio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odorem horum currimus. Hæc magna spes atq; fiducia, quam peccator pœnitentia ductus habet, quod Deus omnes ad se venientes non ejecturus sit foras,

Bern. serm. 22. super Cant.

Ioh. 6, 37.

ras, sed expansis manibus ad se invitat
Matt.11,28. Matth.11. & jurejurando se illis obstringit,
quod non vult mortem peccatoris, sed ut
Ezech 33,11. convertatur, ac vivat Ezech.33. imò pa-
cem habebit cum Deo. Unde Bern. super
Bern. super cant.serm. 22. Cant.serm.22. Quamobrem quisq; præ
peccatis compunctus esurit ac sitit justi-
riam, credat in te, qui justificas impium,
& solam justificatus per fidem pacem ha-
bebit apud Deum.

(*Oleum*.)

Totus **oleum** es, ô sponse dulcissime,
& quidem **diffusum** per totum orbem:
non unguentatus, sed unguentum: non o-
leo delibutus, sed oleū: non oleum parcum
& reclusum, sed prodigū & effusum. Bern.
in serm.ser. 52, triplex statuit unguentum.
1, Compunctionis, & absumitur igne con-
tritionis. 2. devotionis, & absumitur igne
charitatis. 3. pietatis, quod non absumitur,
sed integrum conservatur. Chrys. serm 44
super epistolas ad Philip. ait. Oleum est di-
vinę benignitatis ac misericordiæ symbo-
lum.

Proprietas olei 1. dolorum levamen est.
2. fovet infirmos. 3. vulneribus medetur. 4.
lassa membra roborat ac recreat. 5. volu-
ptatem corpori conciliat & exhilarat. 6.

ungit.

ungit. 7. fovet ignē. 8. veſpas & apes necat. 9. lucet. 10. omnibus liquoribus ſupereminet. 11. paſcit ac carnem nutrit. Sic ſuaviſſimum nomē Jeſu (quod oleo notatur) 1. noſtros dolores ſpirituales lenit; nam, ut Origenes ait, nulla ſpecies peccati tanta eſt, qua non ſit ſuperior Jeſus hom. 15. in Joſ. quia ipſe Jeſus eſt perfectus ac probatus medicus ad auxiliandum, imò Epiſcopus animarum noſtrarum, qui etiam nos in ſenectute noſtra portare vult Eſ 63. 2. Fovet omnes infirmos fide. Ipſe n calamū quaſſatum non confringet, & linū fumigans non extinguet Eſ. 42. 3. vulneribus noſtris ſpiritualibus infundit oleum gratiæ, quia ipſe eſt verus Scmaritanus, qui miſericordiâ motus eſt ſuper nos, qui accedit, & obligat vulnera noſtra, infundendo oleum ac vinum Luc. 10. 4. Spiritualiter fatigatos reficit Matt. 11. Venite ad me omnes &c. 5. voluptatem animæ conciliat, & exhilarat omnes eos, qui eum aure cordis percipiunt, cœleſti voluptate pervadit, & faciem mentis exhilarat, qui bonus ſalutis nuncius animas languentes recreat, ac reficit. Unde Bernhar, ſerm. 15. ſuper cant. Jeſus mel in ore, melos in aure, jubilus in corde. Chriſtus ungit chariſmate & oleo Spiritq S. unde à Chriſto & unctione iſta Spiritus S. dicimur

Orig. hom. 15. in Ioſ.

1. Pet. 2, 25.

Eſai. 63, 9.

Eſas. 42. 3.

Luc. 10, 34.

Matt. 11, 28.

Bern. ſerm. 15. ſuper. cant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

dicimur Christiani, & ipse unxit nos, ut essemus reges & sacerdotes Deo nostro spirituales, ad offerendas hostias spirituales, ac acceptabiles Deo per Jesum Christum. 1. Pet. 2. 7. Profecto fomentum quoddam nomen JESUS, quo charitatis aliturignis, quo vel solo audito ingens in cordibus justorum excitatur flamma. Hinc August. sol. c. 16. O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris, ô amor, qui semper ferves, & nunquam tepescis, accende me. Accendar, inquam, totus à te, ut totus diligam te. 8. Diabolum, mortem, infernũ, imò omnes impios necat Christus Os. 13. ô mors, ero mors tua, ubi aculeus tuus mors. 1. Cor. 15. absorpta est mors in victoriam, sed Deo laus, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Jesum Christum. Item Phil. 2. In nomine Jesu flectat se omne genu terrestrium, cœlestium, & infernorum. Cum Christus dixisset: ego sum, ad nominis ejus auditum solum ceciderunt in terram. Unde Chrys. Hoc nomen & inferis, & morbis & vitijs terrori est. 9. Christus lux vera tenebras excutiens Joh. 8 ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Imò talis lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-

1. Petr. 2, 9.

Phil. 2, 10.

Ioh. 8, 12.

um mundum. Joh. 1. Eleganter ergò ait Ambrosius lib. 3. de virg. p. 100. Omnia est Christus in nobis. Si vulnus curare desideras, ibi est medicus; si febribus æstuaris, fons est; si gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est. Igitur ait David Ps. 34. gustate & videte, quam suavis est Dominus. Bern. serm. 15. in cant. Nomen Jesus est lux, cibus & medicina, & electuarium animæ. 10. Nomen Jesu est super omne nomen, quod nominatur in cœlo, & in terrâ, & hoc nomine auditò flectitur omne genu Phil. 2. Unde Bern. sup. can. ser. 16. Oleum planè supernatat omnibus, quibus cōmiscetur, liquoribus, liquido illud designat nomen, quod est supra omne nomen. O nomen persuave, & perdulce, ô nomen præclarum, præelectum, & præexcelsum & superexaltatum in secula. Christus nos in loco pascuæ collocavit, & ad aquas refectionis deduxit Psal. 23. & ipse pastor bonus dat nobis cibum ac potum spiritualem Joh. 6. Pulchrè igitur ait Bern. ser. 15. super cant. Nomen Christi lucet prædicatum, pascit recogitatum, nvocatum lenit & ungit. Et post pauca: Nec tantum est lux nomen Jesu, sed &

Ioh. 1, 9. Amb. lib. 3. de virg. p. 100.

Ps. 34, 9. Bern. ser. 15. in cant.

Phil. 2, 10. Bern. ser. 16. super cant.

Psal. 23, 1.

Ioh. 6, 51. Bern. ser. 15. super cant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

cibus. Annon toties confortaris, quoties recordaris, quid æquè cogitantis mentem impinguat, virtutes roborat, castas fovet affectiones. Aridus est omnis animæ cibus, si non isto oleo infunditur, insipidus est, si non hoc sale conditur. Hoc tibi habes, ô anima mea, electuarium reconditum in vasculo vocabuli hujus, quid est Jesus, salutiferum certè: quodq; nulli pesti tuæ unquam inveniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quò tui omnes in Jesum dirigantur & sensus & actus. Hæc ille. Hic nos pascit Deus verbo & Sacramento suo, ibi inebriabimur ab ubertate domus ejus, & torrente voluptatis ejus potabimur. Oremus cum Anshelmo. Jesu propter hoc nomen tuum fac mihi secundum nomen tuum. Nomen dilectum, delectabile, nomen confortans peccatorum, & beatæ spei. Quid enim est Jesus nisi Salvator, ergo Jesu propter temetipsum esto mihi Jesus. Unde Bernhar. serm. 3. super missus est. Utinam & me peccatorem dignetur annumerare Dominus Jesus populo suo, ut salvum me faciat à peccatis meis. Et serm. 6. in vigil. nat. Quid tàm necessarium perditis, quid tàm optabile miseris, quid tàm utile desperatis, quam

Psal. 36, 9.

Bern. ser. 3.

serm. 6. in vigil. nat.

ipsum

ſiqi ipſum nomen Jeſus. Ubicunq; fuerit hoc
ion nomen, ibi omnia proſpera, ait Chryſ.

Effuſum.

ſ Salvatoris noſtri nomen dicitur nomen
uſto effuſum. 1. Quia nomen Chriſti tot ſe-
ilno culis in ſinu patris latuerat, ipſum tan-
nsbdem exhibitum, & per incarnationem
uumundo patefactum & effuſum, cum Ga-
ɔrid briel Archangelus Mariæ virgini dixit:
ɔoV Vocabis nomen ejus Jeſum Luc. 1. 2.
iuO Quia extra Judæam non licebat ſaluber- *Luc. 1, 31.*
mirrimum hoc nomen effundere ante Chri-
ıs iſti aſcenſionem in cœlum, ſed poſt diffu-
mul ſum eſt hoc nomen, & divino conſilio
inɔv venit ad nos Septentrionales, qui quon-
mısh dam ſedebamus in tenebris, & umbrâ
ıom mortis Luc. 1. Eſ. 9. Vidimus, inquam lu- *Luc. 1, 79.*
mɔ:cem magnam nos, qui habitamus in terra *Eſai. 9, 2.*
dmı umbræ mortis. Diffuſa ergo eſt gratia in
ijdı labijs noſtris Pſ. 45. Labia illa ſunt Apo- *Pſal. 45, 3.*
ilof ſtoli & illorum ſucceſſores, in quibus po-
ıiu ſuit ſponſus ſaluberrimum verbum præ-
ıɔsh dicationis, & per quos mundo ſuaviſſi-
nuı mum oſculum reconciliationis por-
ıixɔ rexit. Quod Chriſti nomen dici-
ıu tur oleum effuſum inmuit abſq;
nmomni dubio Sponſa triplex officium

Christi: In Veteri n. T. saltem tria hominum genera ungebantur. 1. Reges, 1 Sam. 10. cujus typus est Josua, qui salvatorem denotat. 2. Prophetæ, cujus typus fuit Hoseas. הוֹשֵׁעַ enim significat salvatorem. 3. Sacerdotes Exod. 29. cujus typus est Jesus sacerdos ille, cujus fit mentio Zach. 3. v. 1: nam in Hebræo est יְהוֹשֻׁעַ quod etjam notat salvatorem, illud autem effusi unguenti nomē est מְשִׁיחַ quod significat unctum, à מָשַׁח unxit. Si ergo volumus ungi aut salvari à nostro salvatore & Messia, tum debemus omnem nostram spem & fiduciam in eum collocare, ut ait Bernser, 3. in Ann. Sola spes apud Deum miserationis obtinet locum, & Deus nonnon ponit oleum misericordiæ suæ, nisi in vase fiduciæ; tantum de bonis Domini possidebis, quantum vase fiduciæ colligis. Unde Lutherus: Tantum possidemus, quantum credimus. Exulta igitur sponsa Christi, diviniſſimo hoc unguento perfusa. Erumpe in gratiarum actiones, age jam dives es & clama: Oleum effusum est nomen tuum. Quod omnem peccati nostri fœtorem vincit, supprimit, expellit, & animas credentium in illud vel in ipso limine æternæ mortis propemodum versantes reducere potest illud nomen quod

1. Sam. 10, 1.

Exod. 29, 7.

est

fiiest Jehovah justitia nostra. Jerm.33. Illud *Ier.33,16.*
d fiiest balsamus odoratissimus & gratissimus,
lausqualem omnes cædri totius Libani cum
umcomnibus aromatibus totius orientis non
odaahabent. Fuge ergo, ô anima mea, ad illud
iadcpharmacopolium omnibus herbis refer-
issiiissimum, sc. ad nomen Jesu, & passio-
memem ejus, ut suadet Bern. ser. 22. sup. cant. *Bern serm.*
ifiaqPassio tua ultimum refugium, singulare *22. sup. can.*
imeremedium, deficiente sapientiâ, justitiâ
nomon sufficiente: sanctitatis succumbenti-
i suous meritis illa succurrit. ô Domine Jesu,
oiiteffũde ergò odoratissimum hoc unguen-
mui:um nominis tui, & quodcunq; dulce-
einiidinis, recreationis, ac veræ consolationis
obn nde dependet, non solùm in oram vesti-
nomenti Pf.133. sed in linguam & cor nostrũ,
onoidonec in hoc extremo mundi fœtore su- *Psal.133.2.*
fiqpoerstites vivimus, maximè autem in no-
issiiissimo mortis agone.

Ideò adolescentulæ dilexerunt te.

Bernh. serm. *19.* super cant. per adole-
centulas intelligit angelos. Illi n. dicuntur
Christum diligere, quia gestiunt in myste-
rium Evangelij & incarnationis ejus intro-
spicere. Hæ igitur adolescentulę. 1. dili-
gunt Deum: deinde genus humanum. Sed

potius cum alijs patribus per adoleſcentulas intelligamus tenellas animas, quæ nondum ad metam, & perfectam charitatis ætatem pervenerunt. Talis adoleſcentula eſt Auguſt. cum ait in ſoliloquio cap. 19. Amo te Deus meus, magiſq; ſemper amare cupio, quia tu es revera omni melle dulcior, omni lacte nutribilior, & omni luce charior. Idcirco ſuper omne aurum, argentum, lapidem pretioſum eſto mihi clarior. Et poſt pauca: Diligam te, quoniam tu prius dilexiſtime. Et unde mihi verbum, ut explicem ſigna amoris tui. Hæc ille. Sic oportet tenellum in amoris gymnaſio fœtum lacte ali atq; mulceri, donec ſuavitatem Sponſi, Deus illis tanquam lacte alendis puellis inſtillat in hac vita, ut in altera incredibili amore incaleſcant, vel æſtuent, quando ſponſum videbunt facie ad faciem.

Aug. in ſol. 6. 19.

verſ. 4.

Trahe me poſt te.

Sponſa benè ſcivit, neminem poſſe venire ad Sponſum Chriſtum, niſi pater eum traxerit Johan. 6, 44. Rogat igitur Sponſum, ne ſe derelinquat, ac exinde quem modò experitur, dulcorem amit

Ioh. 6, 44.

tatis

tat, quo nihil ipsi evenire potest funestius.

Sciendum est ergo, Deum nos ad se duobus modis trahere: internè, & externe. Internè gratiâ, & Spiritu Sancto, immò promissionibus dulcedinis supernæ patriæ: Externè legis horrendo fulmine, cruce & calamitatibus, quia cum nos Deus percussit, clamamus miserrimè, dicentes: Venite, revertemur ad Dominum, qui nos percussit, & sanabit nos. Aliquando Deus q. impellit minis ignis gehennæ. Sicut Moses traxit populum promittendo bona terræ Chanaan, Pharao impulit verberibus & fustibus Exod 5, 7. Rubertus ait: Cui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit. Cum Deus nos trahat, non ut lignum aut lapidem trahit nos, nec nolentes sive repugnantes, sed volentes, & gratiæ divinæ assentientes. Debemus ergo velle, cum Deus vult, assentire, cum operatur in nobis Deus per Spiritum suum. Licet homo non potest per se currere, & bonum operari, potest tamen divinæ operationi non repugnare, & quamvis homo in politicis liberum habeat arbitrium, & in malo perpetrando, unde poëta: trahit sua quemq; voluptas?

Hos. 6, 1.

in divinis tamen & ſpiritualibus planè ſervum, quia non ſumus ſufficientes q. ex nobis cogitare bonum, nedum operari, ſufficientia autem noſtra ex Deo eſt. 2. Cor. 3. Unde Chriſtus Joh 15. Sine me nihil poteſtis facere. Et Paulus Phil. 2. Deus eſt, qui operatur in nobis velle & perficere pro bonâ ſuâ voluntate, qui incrementum dat, Deus eſt, 1. Cor. 3. Similitudine quâdam hoc illuſtrant orthodoxi Lutherani in hunc modum: Sicut homo mortuus nihil facere poteſt ad ſuam propriam reſurrectionem: ſic & peccator nihil ad propriam converſionem. De hoc pulchrè Bernh. ſerm. 7. de adventu Domini: Quotquot in regione umbræ mortis vivimus, triplici hoc incommodo miſerabiliter laboramus: nam & faciles ſumus ad ſeducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum. Si decernere volumus inter bonum & malum, decipimur: ſi tentamus facere bonum, deficimus: ſi conamur reſiſtere malo, dejcimur & ſuperamur. Velle enim naturæ eſt, male velle corruptionis, benè velle converſionis & gratiæ. Pereleganter Auguſt. Hominis propoſitum bonum adjuvat quidem ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet, niſi præcederet gratia. Et ſtudium hominis

2. Cor. 3, 5. Ioh. 15, 5: Phil. 2, 13.

1. Cor. 3, 7.

Bern. ſerm. 7. de adventu Domini.

quod

quod dicitur bonum, quamvis cum esse cæperit, adjuvetur à gratiâ, non tamen incipit sine gratiâ, & à Deo inspiratur.

Curremus.

Scimus, ô Deus, nostrum esse incipere, tuum autem perficere, nostrum offerre quid possumus, tuum implere quid non possumus. Hieron. Nostrum proponere bona, sive ea incipere, operibus a. perficere, seu ad finem perducere quæ præcepta sunt, hoc tuæ est gratiæ. Hesychus: Curramus nostrum tu itaque adjuva, mutemus robur, ascendamus alis sicut aquilæ, curramus, & non lassemur. Es. 40, 31. Sanè sic curremus, nunquam stabimus delectatione in viâ hujus mundi, sub umbrâ seculi, aut phantasiâ terrestris oblectamenti, sed curremus credendo in Christum, & benè operando, de virtute in virtutem ascendendo, curremus per stadiū, ut perveniamus ad brabeum 1. Cor. 9. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. sic ergo currite, ut comprehendatis. Per patientiam igitur curramus. Propositum nobis certamen Heb. 12. & viam mandatorum tuorum Psa. 119. curramus. Turris fortitudinis nomen Do-

1. Cor. 9, 24.

Heb. 12, 1.

Psal. 119, 32.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

mini, si in ipsam currit justus, exaltabi-
Prov 18, 10. tur Prov. 18. Christus dicit Johan. 12, 32.
Ioh. 12. 32. Ego, si exaltatus fuero eterna, omnes ad
Aug. med, c. 37. me traham. Unde August. med. c. 37. Qui
sedes ad dexteram patris, rex potens, tra-
he me sursum ad te, ut curram in odorem
unguentorum tuorum, curram & non
deficiam, te trahente, te ducente, me cur-
rentem, trahe os te sitientis animæ in su-
perna fluenta æternæ satietatis: imò tra-
he me ad te fontem vivum, & inde ego
pro captu meo bibam, unde semper vivã,
Deus meus, vita mea. Utinam sic curre-
2. Thi. 4. 7. mus, & cursum nostrum cum Paulo pos-
simus consumare, retinentes fidem, & bo-
nam conscientiam, & certatim currere
debemus, non stare, stare enim in viâ Dei
est retrogredi.

Introduxit me rex in conclavia sua) Cum anima fidelis orat Christum, ut se trahat, non solum traxit, verum etiam in cellaria, divinam contemplationem & theoriam introduxit, unde colligimus, Deum magis dare, quàm homo unquàm audet petere, imò nos exaudit, antequam clamamus. De hac re perelegan-
Bern. serm. sup. cant. ter Bernh. serm. 9. super cant. Arbitror, quod non verba expectet Deus, sed solis cogitationibus advocetur. Statim cum

cùm orat homo, Deus lætus & festivus adest, oratio enim ligat omnipotentem, & ad sua vota inflectit. Nos aliquando ducet sponsus in penetrale ipsum thesaurorum ineffabilis misericordiæ suæ, sapientiæ, scientiæ, & charitatis. Olim sponsus Judæis tantum in figuris & prophetiis absconditis, iisdem postea idem homo factus in parabolis, & ænigmatibus aperiebat os suum Psal. 78. Ut audientes non intelligerent, tandem Apostolis cæpit clarè mysterium regni cœlorum exponere, & quæ absconderat sapientibus, ea parvulis revelavit. Matth. 11. Duo cellaria, ait Calaguritanus est divina contemplatio, ac ex eâ orta dilectio. Cum quis in Dei perpetuâ contemplatione versatur in hoc mundo, inde ingens oritur desiderium & charitas supernæ civitatis, quæ est in cœlo. Unde Aug. in sol. cap. 21. Si enim mi Domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna beneficia præstas è cœlo, ab aëre, è terrâ & mari, à luce & tenebris, à calore & umbrâ, à rore & imbre, ab arboribus, & multiplicitate herbarum, & cunctarum creaturarum tuarum ministerio nobis successivè per sua tempora ministran-

Psal. 78, 2.

Matt. 11, 25.

Ioh. Calaguritanus.

Aug. in sol. c. 21.

tium, ut

tium, ut allices fastidium nostrum: qualia quęso, & quæ innumerabilia & magna erunt illa dona, quæ præparasti diligentibus te, in illâ cœlesti patriâ, ubi te videbimus facie ad faciem. Si tanta nobis facis in carcere, quid ages in palatio? Et post pauca: Si tanta solatia in die lachrymarum, quanta in die nuptiarum conferes? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta quæso continere poterit patria? Christus ait Joh. 5. Scrutamini scripturas, in ijs enim habetis vitam æternam. Hinc Orgelitanus ait: In cubiculis introduci sponsam Ecclesiam, cum Christus ei revelat scripturarum occulta mysteria, vel tum ex toto sancti introducuntur in Christi cellaria, cum eis in fine dicetur: Venite benedicti patris mei Matth. 25. tunc ingredieris non in sanctum solùm, sed in sanctum sanctorum, ubi non ęgebis lumine solis, sed Deus erit lux tua Es. 60. Murmuret ergo insipiens tua cogitatio quantum velit, premat te lasciva tua caro, adversum te fremat totus mundus, diabolus insidietur, conscientia turbet te, nunquam tamen perturbet, quia in sacrosancti Dei verbi cubiculo & conclavi dormis, versaris, cubas ac quiescis.

Joh. 5, 39.

Matt. 25, 34.

Es. 60, 20.

Exultabimus & lætemur in te.) Non

est

i fl⁹ est intelligendem hoc de mundanâ aliquâ
in⁹ llætitiâ, quomodo enim possum⁹ læti esse,
⁹ & & cantare in terrâ peregrinâ, sed de lætitiâ *Psal.137,4.*
niq) spirituali in Christo ut Es.61. Gaudens gau- *Esa,61,10.*
deb debo in Domino, & exultabit anima mea
D nii in Deo meo &c. Ps.68 Et justi epulentur, *Psal. 68,4.*
⁹ & & exultent in conspectu Dei, delectentur
s l nii in lætitia, & gaudebunt corda vestra, & os-
v a⅃a vestra, tanquam herba germinabunt
ò .EE Es. 66. Gaudebunt quærentes Deum, & *Esai.66,14.*
ɔvivvivet cor vestrum. Psal. 69. Lætabitur ju- *Psal.69.33.*
sus⅃stus in Domino. & sperabit in eo, & glo-
dsiriabuntur omnes recti corde. Ps.64. Læta- *Psal. 64,11.*
nudbuntur omnes confidentes in te, in secu-
mu⅃lum, & exultabunt in te diligentes no-
ɔɔmmen tuum. Psa.5. Cor meum & caro mea
luxɔexultaverunt in Deum vivum. Ps.84. Qua- *Psal.5.12.*
& ɔre & Paulus ait Phil.4, Gaudete in Domi- *Psal,84,3.*
ɔ ,onno, & iterum dico, gaudete. Cum nos sic *Phil.4,4.*
ɪɑɪɑ lætamur in Domino, tum gaudium est co-
mɑɪram Angelis Dei in cœlo Luc. 15. imò co- *Luc. 15,10.*
mɑ:ram Deo ipso, ut est Sophon. 3. Gaudebit *Soph. 3,17.*
ɔqu super te in lætitiâ, silebit propter dilecti-
ɪɔnc onem suam, exultare faciet super te cum
ɔɪɑc præconio. Et Es.62. Sicut gaudet sponsus *Esa. 62,5.*
ɔqu super sponsam suam, sic gaudebit super te
ɔu⅃ Deus tuus. Hinc Bern. exclamat, cum ait:
ɪɑu Gaude, & gratulare sponsa incomparabi-
ɪɔɔi liter, præsentem habes rectorem sponsum
in præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

in præsentis exilij militiâ, pignus habes, arrham tenes, quibus sponso feliciter uniaris in patria, in terrâ sponsum habes in Sacramento, in cœlo habitura fine velamento, & hîc & ibi veritas, hîc autem palliata, ibi verò manifestata.

Hîc saltem gaudemus in spiritu: ibi verò corpore & spiritu simul, ubi gaudium nostrum nemo tollet à nobis Joh. 16. Unde Bernh. ait: Illud est verum ac summum gaudium, quod non de creaturâ, sed de creatore concipitur, quod cum accipis, nemo tollet à te, cui aliunde compārata omnis jucunditas mœror est, omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum est, & omne decorum fœdum.

Joh. 16, 22.

(Inte.)

In te lætabimur, quia tu sponse suavissime creas exultationem & gaudium in nobis & exultas & gaudes in populo tuo; imò revera tu es mel in ore, melos in aure, jubilus in corde, suavitas in mente, electuarium animæ, in æstu refrigerium, in fletu solatium, in mœrore gaudium, in tenebris lux, in errore via, in fame cibus

Esai. 65, 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

uditibus, in siti fons, in iniquitate justitia, in
qon inopiâ auxilium, in abjectione refugium,
ɔd n.n bello pax, inperegrinatione hospes, in
nommorbis medicina, in desperatione respi-
ɔinɜ:ratio; in morte vita. Bonum est ergo no-
ni sicbis in Domino lætari, sit itaq; cibus in o- *Bern. ser. 7.*
T ,ɔ:re, Psalmus in corde, ut Bernh. ait serm. 7 *super. cant.*
ɔqu̇ uper cant.

κõC *Cõmemoremus amores tuos præ vino.*)

sH Hæc sunt explicata suprà v, 2. sed tamen
ɟ ɔm̂m̂ic paulõ aliter progrediamur. Com-
mɔnnemorare igitur amores Dei est recor-
ɟ inallari beneficiorum Dei, & se his profite-
ni ɛri indignum, ut Jacob Genes. 32, cum *Gen. 32, 10.*
I :ɜ:it: Inferior sum cunctis miserationibus
,sin uis, & omni veritate, quam feci sti cum
ovi:ervo tuo. Et cum Davide 2. Sam. 7. Quis *2. Sã. 7, 10.*
ɔ mɪum ego, Domine Jehovah, & quæ est
ɹmo lomus mea, quod duxisti me huc usq;.
ɹɔ ɜ:t cum eodem Psal. 8, 5. Quid est ho-
ɔ.,on no, cur memor es ejus, aut filius homi
ɹp:i iis, quid visitas eum? Et Psalm. 116. Quid *Psal. 116, 12.*
dɪɹɔ etribuam Domino pro omnibus, quæ
ɹudi ribuit mihi, calicem salutarem accipiam,
ɹon k nomen Domini invocabo. Et cum Mi- *Mich. 6, 6.*
ɹ hæa: In quo præoccupabo Dominum,
ɜvɪu urvabo me Deo celsitudinis &c. Et Cum
Paulo

Rom.11.35. Paulo: Quis prius dedit illi, ut reddetur
ipsi.

Huc placet asscribere illud Theodoreti
super cant. ubi ita ait: Quomodo diligi-
mus ubera sive amores tuos? super vi-
num, id est, plusquàm naturam vini à ve-
ritate mentem avertentis, plusquam re-
rum visibilium speciem, plusquam legis
literam diligemus ea, quæ à te in Ecclesiâ
traduntur rudimenta, quibus ut lacte di-
sciplinæ potas infantes in Christo, & nu-
tris ad pietatem.

(*Rectitudines diligunt te.*)

Per rectitudinem intelligit Theodor.
Christum, cum ait: Ipse enim ut est veri-
tas, sic etiam est rectitudo. Sed procul du-
bio ponitur hic abstractum pro concreto,
ut sit sensus: Recti diligunt te justi, & ho-
mines corde pio, sincero & perfecto. Sic
Deus dixit Abrahamo Gen. 17,1. Ego Deus
omnipotens, ambula coram me, & esto
perfectus. Sic Job erat rectus corde, licet
carne putridus, cum ait: Si bona suscepi-
Iob.2,10. mus &c. Christus tales prædicat beatos
Matth.5,8. cum ait Matt. 5. Beati mundo corde, quia
Deum videbunt. Nemo dicitur rectus
aut justus naturâ, aut opere operato, qui
in no

...n nobis non ſanitas & integritas à ver-
...ice usq; ad plantam pedis, ſed undiq; vul-
...nus, livor & plaga Eſa 1. & Dominus ipſe *Eſ.1, 2. 6.*
...oroſpexit de throno ſuo in homines, &
...non fuit, qui operabatur bonum, & ne u- *Pſa. 14,2.*
...nus quidem, imò omnis noſtra juſtitia *Eſ.64,2.6.*
...eſt ut pannus menſtruatus Eſa. 64. Tribus
...amen modis dicimur recti vel juſti: 1. In-
...choatione, cum quis ita ſecum cogitat:
...ii jam potuiſſem liberari à pec-
...ato, nunquam peccaſſem amplius, ſed
...vitam in perpetuo pœnitentiæ luctu a-
...gerem, ita ut compatiar afflictis, ſuc-
...urram miſeris, ſubveniam egenis, conſo-
...larer mœſtos, pauperes recreem, flebiles
...ovo oveam, debitoribus dimittam, parcam
...mihi me peccantibus, odientes me diligam,
...oro malis bona reddam, bonos imiter,
...malos cayeam, virtutes amplecter, vitia
...ejiciam, terrena calcem, cœleſtia ſitiam,
...& cum homo ita cogitat, inchoativè di-
...citur juſtus & rectus. 2. Imputatione ju-
...ſtitiæ Chriſti. Legimus Gen. 3. Quomo-
...do fecit Deus Adamo & Evæ tunicas pel-
...licias & induit eos: Sic nos induamur tu-
...nica illa detracta in cruce ab agno imma- *Ioh.1,29.*
...culato, qui tollit peccata mundi Joh. 1. Et
...dixit Jacob Eſau fratris ſui manus q. induens
...patris benedictionem conſecutus eſt: *Gen.27,23.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sic nos non manus Christi saltem, sed to-
Rom. 31, 14. tum Christum induamus Rom. 13. fide &
bonis operibus, sic benedictionem æter-
ni patris adipiscamur. Qui hac veste indu-
tus est, revera adeo justus est, q. nunquam
ante peccasset. Hoc pereleganter testa-
tur Bernh, serm. 27. sup. cant. Omne quod
Bern. ser. 27 super cant. Deus mihi non imputare decreverit, sic
est q. non fuerit. August. Omnia mandata
Dei facta deputantur, quando quicquid
non fit, ignoscitur. 3. Consummatione
recti dicimur, quamdiu superstites sumus
in hac vitâ, reliquiæ peccati in nobis hæ-
rent, in alterâ a. vitâ erimus nive candidi-
Apoc. 7, 14. ores, cœlis cœlorum mundiores, crystal-
lo & sole clariores, albis vestibus induti,
justitiâ Christi ornati, ut sponsa monilibus
viro suo Es. 61, 10.

(Diligunt te.)

Diligere Deum est summa sapientia, &
qui Christum diligit, ad eum venit tot
Trinitas, & mansionem apud eum faci
Johan. 14. & diligentes Dominum rursu
Deus diligit. Prov. 8. Diligamus igitur Dei
Prov. 8, 17. opere & veritate. Sic legimus 1. Reg. 3.
1. Reg. 3, 3. Dilexit Salomon Jehovam ambulando in
præ

præceptis patris sui. Et David vir secun-
dum cor dei *1. Sam. 13.* dicit Psal. 18. Dili- *1. Sam. 13, 14*
gam te Domine fortitudo mea, Domi- *Psal. 18, 2.*
nus petra mea. Et ipse Deus ait: Diliges
Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota *Deut. 6, 5.*
anima, ex totis viribus. Hinc August. *Matt. 22, 3.*
illi diligunt Deum, qui non aliud, quam
hinc inde nomen ejus glorificant, exercent.
Cassiodorus super Psal. 18. Diligere q. de o- *Cassiod. su-*
mnibus eligere. Ignis est charitas Dei, vir- *per Psal. 18.*
tutum progressionibus crescens, quæ
quanto magis concupiscitur, tanto efficacius ampliatur.

(*Nigra sum, sed optabilis.*) *Vers. 5.*

Cum Ecclesia suam externam speciem intelligeret, posse videri despicabilem, & se esse indignam osculis sponsi, & in cellam ejus introduci, ac à tanto sponso amari, & posse sibi objici, quia tam abjecta est, decipi vano sui amore, quæ sponsi in se mutuum amorem audeat polliceri, succurrit, q. rem, inquit, æquâ lance appendite, licet sim nigra ob peccati reliquias, ob gratiam tamen, & meritum sponsi sum candida, & candor vincit nigredinem.

Theodor. super cant. ait: Nigra sum ob *Theodor.*

ſuperiorem impietatem, pulcra propter pœnitentiam: nigra propter infidelitatem, pulcra propter fidem. Et Bernh. ſer. 25. ſuper cant. Nigra veſtro, formoſa Dei, angelorumq; judicio. Homo ſiquidem videt ea, quæ in facie, Deus autem intuetur cor. Et Deus dixit Samueli, cum vellet ungere Eliab in Regem ſuper Iſraël 1. Sam. 16. Ne reſpicias ad formam & altitudinem ſtaturæ ejus, quia rejeci illum; homo n. ea, quæ præ oculis ſunt, aſpicit Deus autem ea, quæ in corde.

Bern. ſer. 25. ſuper cant.

1. Sam. 16, 7.

Peccatum fœda & abominanda res eſt in conſpectu Dei, facitq; hominem nigre ſcere. Ideoq; coccino comparatur Eſai. 1, 18. Hoc divortium inter Deum & hominem facit, ut ipſe Deus loquitur: Peccata veſtra diviſerunt inter me & vos, & homi nem in ipſum infernum deprimit, und vocatur talentum plumbi Zach. 5, 7. Lutherus vocat magnum Goliath, qui omnibus viribus conſcientiam oppugnat, immi potentiſſimum & crudeliſſimum tyran num ſuper omnes homines in toto mun do, & ut tom. 4. p. 532. ait Lutherus: peccatum tam magnum eſt, quam m gnus eſt Deus, qui peccato offenditur, um enim cœlum & terra capere non po ſunt, ſic peccatum &c. Sed ſi veram

Eſai. 1, 18.

Eſa. 59, 2.

ſine

sinceram agimus pœnitentiam, formosi & albi reddimur Esai. 1. Si fuerint peccata vestra tanquam coccinum, veluti nix al- dealbescent, & si fuerint rubra tanquam ver- mimiculus, veluti lana erunt. Et si credimus in Dominum Jesum pro nobis mortuum, non sentiemus peccatum stipulâ levius atq; infirmius. Luth. *Esai. 1, 18.*

Stolas igitur nostras in sanguine agni lavabimus, & sic optabiles, placentes, & charissimi erimus sponso nostro. Candor æter- næ lucis, qui habitat in luce inaccessâ du- xit Æthiopissam & nigram sponsam ejus immensitate & genere indignam. O mi- rabile commercium! O mirabiliter mi- randum, quis unquam audivit talia? *1 Thim. 6, 16.*

Per filias Jerusalem intelligunt tres pa- tres apud Theodor. eos, qui ex Israël cre- diderunt, & gentiles ad Ecclesiam non admiserunt, quod initiò contigit inter A- postolos.

Per tabernaculum intelligit Bernh. cor- pus nostrum, in quo peregrinamur, sicut Israëlitæ ferebant tabernaculum Dei de loco uno in alium; sic nostra corpora cir- cumferimus, non habentes hîc civitatem manentem Heb. 13. quia conversatio no- stra in cœlis est Phil. 3. & ideô cum Pharao quæreret Jacob, quot annorum esset, sic *Hebr. 13, 14. Phil. 3, 20.*

respondit: Dies annorum peregrinatio-
nis meæ sunt centum & triginta, pauci &
Gen. 47, 9. mali Gen. 47.

Cedar fuit filius Ismaëlis, unde Ismaë-
litæ duxerunt genus. Hujus mentio-
Psal. 120, 6. nem facit David Psal. 120. Væ mihi, in-
quit, quod advena sum in Mesech, & ha-
bitabo in tabernaculis Cedar. Per cor-
tinam intelligit Bernh. cœlum, & per Sa-
lomonem Christum, qui est plusquàm
Salomon, qui extendit cœlum sicut cor-
Psal. 104, 2. tinam Psal. 104. Ego puto, ait Bernh. ser.
27. super cant. omnem animam non mo-
dò cœlestem propter originem, sed &
Bern. ser. 27 super cant. cœlum ipsum propter imitationem ap-
pellari posse. Idem igitur serm. 24. su-
per cant. ait: Erubesce anima mea divi-
nam in pecorinam mutasse similitudi-
nem; erubesce volutari in cœno, qui de
cœlo es. Qui ergo pœnitentiam agit, est
mundus & purus, & ipsum cœlum, qui
autem impius est veluti Cedar, i. e. tene-
brosus, & cœno peccati involutus. Qua-
re Paulus ait: Antea eramus tenebræ, nunc
verò lux in Domino, ut filij lucis igitur
ambulemus, deponentes omnem mali-
tiam, ut possimus aliquando veram veri
Salomonis aulam ingredi, i.e. paradisum
& vitam æternam.

(Necessi)

Nec ſpectetis me, quod ſubnigra ſum.) *verſ. 6.*

Nolite me filiæ Jeruſalem conſiderare ſponſo comparatam, ſic fuſca & nigra ſum, neceſſe eſt ſole ipſo juſtitiæ ſponſo meo ſua infinita luce & pulcritudine, quam præfilijs hominum habet Pſal. 45. *Pſal. 45, 3.* Pulcritudinem meam obtenebrare, & nullo modo poteſt mea juſtitia cum ejus conferri, ut teſtatur Gregor. lib. 21. moral. *Gregor. lib. 21. morab. c. 15.* c. 15. Omnis humana juſtitia injuſtitia eſſe deprehenditur, ſi divinitus ſtrictè judicetur. Quare David orat: Ne intres in judicium cum ſervo tuo Pſal. 143. quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis *Pſal. 143, 2.* vivens. Candela in domo tenebroſa accenſa toti domui magnum præbet lumen, ſed meridie in aprico ſolis accenſa, aut plane extinguitur, & ejus lumen abſumitur à lumine ſolis, aut planè non lucet: ſic homo quantumvis juſtiſſimus inter homines, ut Samuel & Moſes, in collatione tamen ad Deum eſt injuſtiſſimus, & peccati maculâ nigerrimus. Omnis enim noſtra juſtitia eſt ut pannus menſtruatus, & cœli non ſunt mundi in oculis ejus, quanto minus homo bibens ſicut aquam iniquitatem Job. *Eſai. 64, 6.* *Iob. 15, 15.* 15. O miſericordiſſime pater, ne reſpicias ad peccata noſtra veluti coccinum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sed in faciem Christi tui Psal.84. Quia ibi di
Psal. 84,9. habes, quod in nobis desideras, ipse n. est
Ierm.33,16 Jehovah justitia nostra, ecce si justam pe-
tis pro peccato retributionem, majorem
accepisti, quàm unquam petivisti, ipse n.
solvebat, quod mutuò non acceperat, ec-
ce æqualis tibi in cruce capite inclinato
coram te se humiliabat, curnè ergo capi-
ta nostra ad te patrem benignissimum cūū
magnâ fiduciâ elevemus, vita æternâ mo-
ritur, cur homo non redimeretur? Cla-
mamus ergo cum Davide dicentes Psa.85.
2,7. Ostende nobis misericordiam tuam,
& salutem tuam da nobis.

(*Sol me coloravit.*)

Sol justitiæ est Christus Malach.4.&ve-
Malac.4,2. ra lux, quæ illuminat omnes homines ve-
Iohan.1,9. nientes in hunc mundum Joh.1.ipse enim
& non alius sponsam radijs suis radiavit
& coloravit, id est, cruce, calamitate, &
pœna, propter peccatum ipsam premit, ut
Amos 3,6. est Amos.3. Non est malum, sc: pœnæ
in civitate, quod non fecerit Dominus
Qui æstus tribulationum sustinet, & qui
decorem temporalis jucunditatis amittit
& qui passionibus, oj probrijs, contume-
lijs & despectui propter Christum tradi-
tur

tur, ab ipso is coloratur, quia quem Deus recipit & amat, hunc flagellat Hebr. 12. Hinc Luth. Deus operatur opus alienum, dum damnat ut salvat, dum conscientiam conturbat, ut pacificet. Deus enim dum vivificat, facit illud occidendo, dum justificat facit illud reos faciendo, dum in cœlum vehit, facit illud ad infernum ducendo &c. Et alibi: Deus percutit percussione non percutientis, sed medentis, amantis patris & amici. Taulerus dicit, Deum suis filijs non esse unquam gratiorem, amabiliorē, & dulciorem, ac familiariorem, quàm post tribulationis probationem: per nostram afflictionem quærit suum ludum, & nostram salutem. Luth. Certò igitur statuamus, nihil aliud esse calamitates, gemitus, suspiria ad mortem nostram, quam jucundissimum & pulcerrimum ludum & jocum divinæ bonitatis. Tom. 4. Gen. fol. 93. Hinc Psal. 119. v. 71. Bonum est mihi Domine, quod humiliasti me, ut discerem justificationes tuas. Et Ps. 30. Rom. 8. 2. Cor. 4. Pereleganter Macarius: Oportet te simul crucifigi cum crucifixo, simul pati cum eo, qui passus est, ut ita simul glorificeris cum glorificato.

Hebr. 12, 6.

Psal. 30, 6. Rom. 8, 18. 28. 1. Cor. 4, 17.

Aug. lib. 3. de Trinit. c. 4. Oportet nos in

Augu. lib. 3. de Trin. c. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

hac peregrinatione prius mortaliter exerceri, & per vires patientiæ & manſuetudinis in flagellis erudiri, ut illam ipſam ſupernam, atq; cœleſtem, unde peregrinamur, patriam cogitemus. Chryſ. Momentanea eſt afflictio, ſed perpetua eſt gloria. Sic Chriſtus Sol juſtitiæ adurit ſuos hîc propter peccatum, ut parcet ibi. Dicit ergo Aug. Hîc ure, hîc ſeca, ut in æternum parcas.

(Filij matris meæ excanduerunt.)

Hanc matrem divinam ſapientiam eſſe multi ſtatuunt, ſed potius cum Paulo, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum Gal. 4. Per filios intelligit Theodoretus diabolos, qui circumeunt tanquam leones rugientes, quærentes quem devorent 1. Pet. 5. quibus reſiſtendum eſt, & fugient à nobis. Et licet aſſtant omnibus, qui Chriſtum ſpiritualiter concipiunt & pariunt Apoc. 12. & velent eos cribrare tanquam triticum, & ad eos veniant iram magnam habentes, tamen ſi fides eorum non deficit, nihil nocebunt. Hic mille artifex homicida & mendax ab initio Joha. 8. aliquando non aperto Marte hominem aggreditur, ut Diabolus:

Gal. 4, 26.
1. Pet. 5, 8.
Iacob. 4, 7.
Apoc. 12. 4.
Luc. 22. 31.
Apoc. 12, 12.
Ioh. 8, 44.

odæabolus: ſed q. angelus lucis, & q. miſeri-
cordia aliqua tangeretur ſuper miſerum
hominem, ideoq; expandit januam gra-
tiæ & miſericordiæ, Dei abyſſum amplifi-
cat, adeò ut præſumtione quâdam alle-
ctus miſer homo incipiat peccare in mi-
ſericordiam Dei, cogitans, ſe adhuc in flo-
re juvenili verſari, & ſat temporis habere,
& ideò pœnitentiam ad extremum vitæ
quadrantem differre, & tunc Deo unum
ſpiritum offerre vult cum latrone, & ſic
ſtatim anima in paradiſum reciperetur.
Hac vanâ ſpe ferè totum mundum lactat,
adeò ut ſecurè in malo dormiat. Peccato
jam perpetrato venit ut acerrimus & tru-
culentiſſimus hoſtis, nam & juſtitiam Dei
ſupra modum exaſperans, hominem in
conſpectu Dei accuſat Job. 1. Si non con-
feſtim fit, fiat tamen (proh dolor) ante- *Iob. 1, 9, 10.*
quam mundo valedicas, tunc loquatur ti-
bi in conſcientia tua: Quid meus eſſe vo-
luiſti, te non creavi, te non redemi, non
ſanctificavi, ô miſer, cur Deum reliquiſti,
& me es ſecutus, apud te etiam mea bona
inveni, ſcil: Dei blaſphemiam, ver-
bi & Sacramentorum contemptum, ho-
micidium, adulterium, furtum, mendaciũ
&c: hæc mea ſunt, & his es uſus, meus

ergo

ergo esse voluisti, siquidem mea concupisti. Tum miseram animam expugnat, & tandem incipit peccator cantilenam maledictam Caini crocitare: Majus est meum peccatum, quàm ut remitti possit.

Gen.4.v.13.

Bernh. de inter.domo cap.47.

Hinc Bernh. c. 47. de interiori dom. ait: Diabolus prius naturam cujusq; intendit, & inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum aspicit, blandis & lenibus mentibus luxuriam, vel vanam gloriam proponit: asperis verò mentibus iram, superbiam vel crudelitatem. Idem habet Isidorus de summo bono lib: 3. cap. 5. Basilius: Multimodæ & multiformes sunt Diaboli insidiæ, & alios aliter decipit. Quadruplex hujus gigantis certamen. 1. in cœlo. 2. in paradiso terrestri. 3. in deserto. 4. in mundo. 1. Cum angelis initium. 2. Cum Eva & Adamo. 3. Cum Christo. 4. Cum omnibus hominibus. In primo victus est, & è cœlo præcipitatus: in altero vicit. & hominem è cœlo præcipitavit: in tertio victus abscessit: in quarto vincit & vincitur.

Basilius.

(*Posuerunt me custodem vinearum.*)

Inextricabilibus me seculi curis implicuerunt diaboli, novit enim naturam cujus-

jusvis hominis diabolus, & ad quid scit vel didicit per experientiam, ex effectis (hominum autem cogitationes non novit, nisi quas ipse suggessit impijs) hominem toto impetu ferre illa interdiu ac nocctu sine intermissione suggerit ipsi, & talia objecta libenter repræsentare solet, per quæ homo cadere potest, scit n. cui præbibat æstum cupiditatis, cui ingluviem, luxuriam, & ebrietatem, cui iram, cui mendacium. Hinc Isidorus lib. 3. c. 5. de summo bono: Diabolus serpens lubricus est, cujus si capiti & primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis dum non sentitur, illabitur. *Isidor. lib. 3. c. 5. de summo bono.*

(*Vineam meam non custodivi.*)

Eram, ait sponsa, regina constituta super aquatilia, reptilia, & omne, quod vivit in mundo. Deus insuper fecit me custodem paradisi, in quo erat fructus dulcis gutturi meo & palato, suavis, & arbor vitæ, de qua si quis comederet, æternum viveret Gen. 3. ast ego infelix blandiloquio serpentis capta, verbum Dei in dubium vocavi. Dixit enim Deus: Morte moriamini: serpens verò, non moriamini, sic misera decepta fructum scientiæ boni & mali *Gen. 3, 22.* *Gen. 3, 4.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

mali comedi. Unde credebam me æternum ſapere ac fore q. unum ex dijs: ſed quid fit? imagine Dei privor, immortalitate, ſapientia ac ſcientia. O quam brevis voluptatis gaudium! O quanta bona amiſi!

Verſ. 7. (*Indica quem diligat anima mea, ubi paſcas.*)

Plerisq; non eſt incognitus affectus ille amantium, quo nunquam ſatiantur audire, quia id libentiſſimè audiunt, ſc: ſe toto corde, & medullis intimis amari ab eo, quem interrogatione quaſi laceſſunt. Hanc itaq; loquendi formulam amant ſæpius audire, nec unquam iterata faſtidium gignit, quamvis norint certiſſimè, ſubinde tamen ut ignari rurſus geſtiunt ſciſcitari & audire. Hoc pacto Eccleſia ſponſa cum ſponſo loquitur, q. volens eum ad amorem incitare, & irritare. Optimè enim novit, ſponſum ſuum habitare in luce inacceſsa, ad quam nemo venire poteſt. Novit etiam, ubi duo vel tres congregati ſunt in nomine ejus, ipſum eſſe in medio eorum Matt. 18. inſuper eum habitare apud omnes contritos corde Pſ. 51. & eũ in æſtu tribulationis omnibus ſe invocantibus adeſſe Pſ. 91. ipſum facere manſione m

1. Tim. 6, 16.

Matt. 18, 10

Eſai. 91, 15.

mansionem apud omnes, qui verba ejus audi-
unt, & conservant Joh. 14. & neminem *Joha.14,23.*
ejicere foras Joh. 6. Quæsivit ergò Chri- *Johan.6,37.*
stum, non quasi ignorans ubi pasceret,
sed q. occasionem & ansam præbens, ut
ulterius de amore loquatur. Hinc per- *Bern.ser.33*
eleganter Bernh. super cant. serm. 33. Scio *super cant.*
tatis, ubi pascas, non cubans, indica mi-
ni ubi pascas & cubes: Non ignoro, ubi
ilijs temporibus pascere soles, sed scire
velim, ubi in meridie pascis. Nam quidem
in tempore mortalitatis meæ & in loco
peregrinationis meæ sanè consuevi sub
tuâ custodiâ pasci, & pascere in lege, Pro-
phetis & Psalmis de te, nec in Evangelicis
pascuis, & apud Apostolos similiter re-
quievi, de gestis sanctorum, & verbis,
& scriptis eorum victum mihi mendi-
cavi, ut potui, manducavi panem dolo-
ris, & vinum compunctionis bibi. Hæc
ille.

N Nos sumus populus tuus, & oves pa-
scuæ tuæ, igitur in loco pascuæ nos collo- *Psal. 23. 2.*
casti, & ad aquas refectionis duxisti, cum
erravimus, nos quæ sivisti, cum invenisti,
humeris imposuisti, gaudens brachio tuo *Luc. 15. 5.*
congregasti, in sinu portasti. Famem *Esa. 40, 11.*
igitur nostram tu solus sedare pot-
es, tu enim reverâ es suavissimum
animæ

animæ noſtræ pabulum, cujus defectu ne- -ce
ceſſe eſt nos oviculas perire.

(Ubi cubas in meridie.)

Bernh. ſup. cant. ſer. 38. Bernh. ſuper Cant, ſerm. 38. Ubi cubas non ipſum, ſed locum habitationis ejus gloriæ ſibi indicari requirit, quanquam non aliud ipſe, & aliud locus ejus vel glo--ria, q.d. non ſufficit mihi te in figuris, ty--pis, & ænigmate, ſed te videre velim facie ad faciem, uti es, ſicut Moſis vidit, cum petijt: Domine oſtende mihi faciem tu--am. Reſpondit Deus: nemo poteſt vide--re faciem meam, & vivere, ſed tamen ante faciem tuam omne bonum meum tranſire faciam &c. Et ut Jacob Deum vi--dit à facie ad faciem, & ſalva facta eſt ani--ma ejus. Et ut Eſaias vidit Deum ſuper ſolium ſedentem, & gloriam ejus replen--tem palatium, & Deus tetigit linguam, & audivit vocem clamantem: Sanctus, San--ctus, Sanctus. Eſ. 6, & ut Manoah etiam vi--dit Deum Judic. 13. & ut Paulus itidem, an in corpore, an extra corpus ignorabat. 2. Cor. 12. Ubi tu es ſcio revera eſſe merum diem, quia tu es ſol, imò lux vera, qui illu--minas omnes, qui ſedent in tenebris & umbrâ mortis. Igitur te expecto, te flagi--

Exod. 33, 18.

Gen. 32, 30.

Eſa. 6, 1, 3.

Iudic. 13, 20.

2. Cor. 12, 2.

Luc. 1, 79.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

oro inquam verum lumen: ostende mihi
qi te ipsum, nam si haberem totum mun-
nullum cum omnibus suis thesauris, non
fiu sufficit mihi, nisi & temetipsum mihi de-
ris. Hinc Psalmista Ps. 73. Cum te ha- *Psal. 73, 25.*
beam, non curo cœlum & terram. Defe-
cit caro mea, & cor meum, rupes cordis
mei, & pars mea Deus in seculum. Hinc
ere eleganter. August. in sol. c. 13. Deus me- *Aug. in sol. c. 13.*
us ubicunq; sum sine te, malè est mihi
præter te, non solum extra me, sed etiam
in me, quia omnis copia, quæ non est De-
us meus, mihi est egestas. Satiabor tunc,
um apparuerit gloria tua, quia tunc erit
meridies, cum Deus ipse erit sol, ut est Es *Esai. 60, 19.*
60. Non erit tibi sol in lucem diei, & in
splendorem lunæ, non illuminabit te, sed
erit tibi Dominus in lucem seculi, & Deus
tuus in gloriam tuam. Non occidat ul-
tra sol tuus, & luna tua non caligetur:
quia Dominus erit tibi in lucem seculi:
ego Dominus in tempore suo accelerare
faciam illud. Hinc Bern. super cant. ser. *Bern. super cant. ser. 33.*
33. O verè meridies plenitudo fervoris &
sicci, umbrarum exterminatio! O peren-
nis solstitium, ubi non amplius inclinabi-
tur dies! O lumen meridianum, tunc hy-
ems abijt, & recessit!

Hîc etiam sponsa videtur alludere ad

hiſtoriam Phœnicis. quæ cũ nidum con-
ſtituit ex caſia thuriſq; ſurculis, quem o-
doribus replet, nidus tandem accenditur,
quia prope ſolem eſt, & avis concrematur:
ſic Chriſtus in æſtu meridiano 1. ardentiſ-
ſimo amore toſtus eſt, quia adeò
dilexit genus humanum, ut etiam vi-
tam ſuam pro eo redimendo poneret. 2.
Deut. 4, 24. & 32, 22. eſt toſtus igne iræ divinæ. Ira enim Dei eſt
ignis conſumens Deut. 4. quæ ardet ad in-
ferni noviſſima. Hac ergo irâ toſtus in
cruce clamat: Mi Deus, cur dereliquiſti
me, Hinc Bern, ſuper cant. ſerm 22. Quid
Bern. ſer. 22 ſuper cant. tibi debuit facere & non fecit: illumina-
vit cœcum, ſolvit vinctum, reduxit erro-
neum, reconciliavit reum. In amoris for-
nace toſtus eſt, qui hominẽ liberavit à tor-
mentis æternis.

(*Cur eſſem tanquam operta apud greges ſociorum duorum.*)

Per vocabulum operiens, quod in He-
bræo eſt, alludit dubio procul ſponſa ad
hiſtoriam de Thamar Gen. 38. quæ nup ſe-
rat filio primogenito Judæ, ille abſq; pro-
le mortuus. Onan frater ejus ad eam in-
gredi noluit, quare eum interfecit Domi-
nus cum jam adoleviſſet. 3. filius Selah,
cum ei dare noluit Judas, quare aliquan-
do vi-

obdo vidua permansit in domo patris sui.
Cum jam esset absq; prole, & Christum
obde stirpe Juda esse nasciturum cognovit,
anne ergo de lineâ Christi excluderetur (a-
mmore Christi in carnem venturi non lasci-
sivia aliquâ, ut multi opinantur) pallio o-
perta ut scortum cum Juda, ipso tamen
gnorante, congressa peperit. Phares, qui
Matth. 1. recensetur in linea Christi, unde *Matt. 1, 3.*
colligitur, non lascivia sed flagrantissimo
desiderio Messiæ in carnem exhibituri
hoc esse factum. Sic anima pia & fidelis
ogat Christum sponsum suum, cum quo
desponsata est misericordia, miseratione
& judicio Hos. 2. ne se deserat, & hoc mo- *Hos. 2. 19.*
do diabolo & mundo ludibrio exponere-
tur, & pro scorto haberetur, & quæ fau-
sto incœperit, infeliciter finiat. Si hoc fie-
ret, tum lugerem sicut vidua super puber-
tatis suæ virum, & ululatem tanquam vir-
go accincta sacco super patronum pueri-
tarum suarum Joël. 1. quia derelicta eram *Joel. 1, 8.*
sponso altissimo, & melius esset mihi
unquam esse, quam sine te, ô Jesu esse,
mundi cordis mei solatium, & animæ ele-
tuarium. Hi sodales Christi dicuntur,
non quod ita sint, sed quia externam san-
titatis speciē, & formā pietatis habent, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Christo adhærent linguâ, cora. eorum procul est ab eo, de his Christus Matt. 24.
Matt. 4, 32. Multi venient nomine meo, dicentes: Hic est Christus, nolite credere, sunt n. lupi rapaces, fures & latrones Joh. 10, 8. Qui vestiuntur vellere ovium, & earum lacte nutriuntur, oves autem permittunt fame perire. Maledictus ergo omnis, qui fa-
Ier. 48, 10. cit opus Domini fraudulenter, qui dicunt facite, & non ipsimet faciunt, qui onera magna imponunt hominibus, ipsi verò minimo digito non tangunt Matth. 23. 4. Hi linguam suam Christo, animam verò suam consecrant Diabolo Bernh. sup. can. serm. 24.

Vers. 8. (*Si nescias ô pulcherrima feminarum.*)

In Hebræo est, si non cognoveris tibi. Unde Bernh. & Theodor. super cant. arbitrantur hoc loco sponsam increpari à sponso, ut sui oblitam, & dignitatis suæ non satis gnaram vel memorem. Sic a. ait Theodor. O casta anima, ac veneranda, si ad ovium greges cupis pervenire, noscete ipsam, qualis facta sis, cum antea omnino nihil fueris, quomodo Dei imagine sis decorata, omnem mundi fraudē declina,

fuge

fuge latam & amplam viam, quam multi
eunt, quæ ducit ad interitum, & intra an- *Matt. 7, 13.*
guſtam portam, quæ ducit ad vitam. Hinc
Bernh. de grad. confeſ. è cœlo cecidit iſta *Bern. de 3. grad. conf.*
ſententia, noſce teipſum homo.
Cognitio ſui conſiſtit in tribus. 1. ut homo
cognoſcat quid fecit. 2. quid meruit 3. quid
amiſit. 1. Quid fecit. Creatura offendit
creatorem, mortalis æternum, peccator
uſtiſſimum, homo Deum, diabolum ſe-
quendo & Deum deſerendo. 2. Quid me-
uit, infinita, & nunquam finienda ſup-
plicia. Sicut enim Deus, in quem pecca-
rimus, immenſus & magnus eſt: ſic no-
tra peccata, quibus Deum concitavimus,
um v. cœlum & terra capere non poſ-
unt, ſic ſupplicium, quo nos puniret, de-
eret excedere cœlum & terram, ut Luth.
it. 3. Quid amiſit, imaginem Dei, ſe-
undum quam erat homo conditus, ſapi-
ntiam & ſcientiam originalem & im-
ortalitatem. Conſidera ergo, ô homo,
uid amiſiſti, & contremiſce, perpende,
nde cecidiſti, & reſipiſce Bernh. de pri- *Bernh. de prim. med. & noviſ.*
mis med. & nov. non eſt ſilentio tumu-
ndus, cum ait: Cogita, unde veneris &
rubeſce, ubi ſis & ingemiſce, quo vadas
contremiſce. Huc ſpectat illud Syr. 7. *Syr. 7, 40.*

Fili memorare noviſſima, ſic nunquam peccabis. Seipſum probè noſcere, optimus theſaurus, Deum autem noſcere, vita æterna eſt. Ioh. 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti, Jeſum eſſe Chriſtum. Hinc verè dixit Bernh. in med. c. 1. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt; alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt. Deum quærunt per iſta exteriora, deſerentes ſua interiora, quibus interior eſt Deus. Idcircò ab exterioribus redeam ad interiora, ab interioribus ad ſuperiora aſcendam, ut poſſim, cognoſcere, unde venio, aut quo vado, cum ſim, & unde ſim, & ita per cognitionem mei valeam pervenire ad cognitionem Dei. Quantò namq; in cognitione mei perficio, tantò ad cognitionem Dei accedo. &c. Oremus itaq;; cum Auguſt: Domine da mihi noſce me & noſce te:

Iob. 17, 3.

Bernh. in med. c. 1.

(*Egredere per veſtigia ipſarum ovium.*)

Legimus Gen. 12, 1. ubi Deus dixit ad Abraham: Egredere è terrâ tuâ, & è regione tuâ, & è domo patris tui, ad terram, quam videre faciam te. Parimodo loqui-

Gen. 12, 1.

tur hîc ſponſus animæ caſtæ: Egredere de
carne ad ſpiritum, qui n, vivunt in carne,
Deo placere non poſſunt; egredere de ſe-
cularibus deſiderijs ad bona animæ: ſecu-
laria n. debent tibi eſſe in uſu, ſed æterna
in deſiderio & appetitu; egredere de fre-
mitu, & ſtrepitu mundi ad internam men-
tis requiem, quia melior eſt dies una in a-
trijs Domini quam habitare in taberna-
culis impiorum Pſa. 84. Egredere temeti- *Pſal. 84, 11.*
ipſam fugiendo, ac domum antiquam re-
linquendo, veterem hominem exuendo,
tractusq; illius averſando, ut fecit Petrus:
Exivit foràs, & flevit amarè. Vox talis et- *Pſal. 45, 11.*
jam fit ad Eccleſiam Pſ. 45. Audi filia, &
conſidera, & inclina aurem tuam, & o-
bliviſcere populum tuum, & domum pa-
tris tui, quia concupiſcit rex pulcritudi-
nem tuam. Egrediaris igitur per veſtigia
ipſarum ovium, ne oberres me alibi extra
te quærendo ullo modo, in te quippe ubi
ante me non quærebas, tanquam in meri-
die requieſco inte, quia tu es mihi ſacrari-
um, ſanctuarium, templum, & habitacu-
lum: habitaculum enim Dei factum eſt
inter homines Apoc. 21. & delitiæ meæ *Apoc. 21, 3.*
ſunt cum hominibus; imò diligentes me *Pro. 8, 17, 31*
diligam, & quærentes me invenient Pro-
verb. 8. Illud eſt optimum veſtigium

quærendi Deum in corde ſuo, nam profecto, ubi Deus eſt, ibi eſt ſumma interna lætitia in S. S. cum hanc ſpiritualem lætitiam ſentis in corde tuo, extra te non debes Chriſtum quærere, ſed intra te. Corpus enim tuum eſt Chriſti templum & habitaculum S.S. 1.Cor.3, 16. Ne ergo errabunda egrediaris à conſpectu Dei ut Cain Gen. 4. neq; deſperabunda, ut Judas, qui nunquam eſt reverſus, ſed per veſtigia Chriſti ambules Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis, & humilis corde ſum, & invenies requiem animæ tuæ. Imitaberis veſtigia Pauli, ubi ait: Vellem omnes eſſe, ſicut ego ſum. In ſumma omnium Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum, ac ibis de virtute in virtutem, tunc enim appareat tibi Deus in Sion Pſal. 84.

1.Cor. 3, 16.

Gen. 4, 16.

Matt. 11. 29.

1.Cor. 7, 7.

Pſal. 84, 8.

Veſtigia & notæ ovium Chriſti ſunt octo: 1. Verbum Dei audire & ſervare. Luc. 11, 28. 2. fides, qui enim crediderit, ſalvabitur Marc. 16. 3. ſpes, quæ nunquam confunditur, ſed per hanc videbimus bona Domini in terra viventium. 4. dilectio. In hoc, ait Chriſtus, agnoſcent, quod diſcipuli mei eſtis, ſi vos invicem dilexeritis: & hoc eſt mandatum meum, ut vos invicem diligatis Joh. 15. 5. ſincera & non fucata

Marc. 16, 16

Pſal. 27, 13.

Ioh. 15, 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sed fucata pœnitentia, quocunq; enim die a-
nverterit se impius ab impietate sua, ma-
mullum quod fecerit, non amplius recorde-
tur Ezech.18. 6. usus Sacramentorum le- *Ezec.18,27.*
gitimus. 7. Operatio S.S. ille enim conte-
statur spiritui nostro, quod simus filij Dei. *Rom.8,16.*
8. perseverentia in bono usq; ad finem,
qui enim perseveraverit usq; ad finem,
salvabitur.

(*Pasce capellas tuas juxta tabernacula pastorum.*)

Sicut ego sponsus cubans pasco ange-
os in perpetuas æternitates, quos satio vi-
sione æternitatis, & immutabilitatis meæ,
ait Bernh. habet serm.1. de adv. Dom. ita
pascas tu, ô sponsa medullitus amanda
non solum oves, i.e. pios, verum etiam ca-
pras, i.e. impios, & æternæ damnationi
immutabili meo decreto propter ἁμαρτίαν
ejectos, quos volui salvare antecedenter
sed dānare cōsequenter, quia in me crede-
re noluerunt. Hæc n. est causa damna- *Ioh.3,19.*
tionis, quod lux venerit in mundum, &
homines magis dilexerunt tenebras quàm
lucem. Huc illud Theodoreti super cant.
Vult benignus Dominus, ut non modò ju-
stos, verum etiam peccatores omni studio

& cura complectamur. In hac vitâ uno utuntur pabulo, & unâ aquâ hœdi & agni, rore & pluvia pius simul & impius, Cain & Abel, Judas & Petrus, uterq; sacrificat, uterq; bono Dei fruitur, sed in extremo judicio constituenter agni à dextris, hœdi
Matt.25,33 à sinistris Matth. 25. pij ibunt in vitam æternam, impij in opprobria & abjectionem perpetuam
Dan.12,2. Dan.12, Abel lætitiâ æternâ perfusus, Cain confusus, Petrus clarificatus, Judas obfuscatus æternâ ignominiâ stabunt.

Ad tabernacula pastorum gregem tibi commissum ducas, non sedeas apud falsos fratres, nam nulla est convenientia Christi cum Belial, sed apud veros pastores Christi, Apostolorum, & eorum successores, qui curant gregem Christi prædicando sincerè verbum Dei, sacramenta rectè administrando, & pro populo orando.

Vers.9. *(Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.)*

Hîc respicit sponsus Christus ad historiam, quæ est in Exodo, à capite 1. usq; ad 15. ubi populus ejus electus sub servitute Pharaonis miserrimè affligebatur, & ad eam anxiè clamabat, adeò, ut clamor ejus ascen-

ascendit ad Deum ipsum, siquidem Deus viderat afflictionem ejus in Ægypto, quare misit illi servum suum Mosen, qui eum de servitute liberaret. Cum autem Pharao à Mose signa & prodigia vidisset multa, insuper plagis magnis & horrendis admonitus à Deo, ut populum dimitteret, sed quo plura signa vidisset, eò magis induratum est cor ejus, & populum Dei persequebatur, & insequebatur, donec cum omni exercitu suo in profundum maris, tanquam lapis, descendit. Deus a. populo suo interdiu præcedebat in columnâ nubis, noctu in columnâ ignis, ac tandem illi mare rubrum dividebat, ut staret quasi murus, & iter Israëlis pateret. Sic te amicam meam *Ego alter* Moses sponsus tibi in æternum liberavi, cum esses sub spirituali Diaboli servitute, peccato fusca & nigra, per mare rubrum, lavacrum aquæ, qui est baptismus, lavavi te, ut candida & pulchra jam sis in conspectu meo, Sathanam in profundum inferni præcipitem dedi, te introducam in terram Canaan promissam, lacte & melle fluentem, i.e. in gloriam æternam, ut inebrieris ab ubertate domus meæ, & torrente voluptatis potabo te in sempiternum Psalm. 36.

Hîc *Psal. 36, 9.*

Hîc vides ergò, per currum Pharaonis hîc nihil aliud significari quam impios, qui Ecclesiam Christi oppugnant, nunquã tamen expugnant, licet sit pusillus grex, tamen portæ inferorum contra eam non prævalebunt. Et per equitatum nihil aliud significari, quàm Ecclesiam veram, quæ frenum & jugum Christi suave portat, & Christum sessorem supra se patitur. Reverâ Christus non solum equitat super omnes verbi ministros, ponendo verbum suum in ore eorum, verum etiam super omnes pios & fideles, qui pœnitentiam agunt, & lavacro aquæ mundati sunt. Unde Habac. 4, 8. Equitas super equos tuos, & quadrigas tuas salutem. v. 15. Calcare fecisti in mare equos tuos acervo aquarum multarum. Zach. 10, 3. Posuit eos tanquã equam gloriæ in bello.

Matt. 16, 18

Matt. 11, 30

Vers. 10. (*Decoræ sunt genæ tuæ in turturibus.*)

Theodor. ait: Hæc non carnaliter intelligenda, sed ad animam referenda esse. Verbis n. corpori congruentibus scriptura plerumq; utitur, cum de animâ loquatur. Castitas comes est verecundiæ, per genas notatur verecundia, & cum homo veretur

veretur clam peccare, quia Deus videt, pa-
millam quia homines, pulchræ sunt hujus
hominis genæ, quia ita vivit cum homi-
nibus, quasi Deus videret, sicut revera vi-
det, & ita loquitur cum Deo in suâ oratio-
ne, quasi homines audirent. Multi in sa-
cra scriptura propter externam formam
corporis ut Sara Gen. 12. Rebecca c. 24. Ra-
chel. 29. Abisag 1. Reg. 1. Esther c. 2. &c. com-
mendantur, & qui externè sunt formosi,
interne in animâ aliquando sunt defor-
mes, ut Absolon, Saul, Bethsabæa, qui li-
cet externè erant formosi, internè tamen
fœdi peccatores; & contrà Job erat car-
ne putridus, David, Petrus, & Magdalena
fleverunt adeò, ut ferè caligarent eorum
oculi, & speciem externam amiserunt, &
Lazarus ulcerosus, sed internè fuerunt
valdè formosi, & Deo chari. Sic sponsa
Christi antea de se profitebatur, quod ni-
gra erat, jam sponsus dicit eam decoram,
propter pœnitentiam. Unde Deus Ezech.
16, 13. Decora facta es in vehementiâ val-
de, & prosperata es in regnum, & egres-
sum est tibi nomen in gentes propter spe-
ciem tuā, quia perfecta es in decore meo,
quem posueram super te, dixit Dominus
Deus.

Gen. 12, 15. 24, 16. 29, 17. 1. Reg. 1, 3. Esth. 2, 7.

(*Collum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

(*Collum tuum gemmarum lineis.*)

Huc placet asscribere illud Orgelitani: In collo hoc insinuantur, qui legem Dei noctibus ac diebus meditari nō desistunt, qui etiam velut munda animalia salutarem doctrinam jugiter ruminando revolvunt. Sic debet pia anima Dei perpendere beneficia surgendo, sedendo, ambulando, lectum petendo, mediâ nocte evigilando, eumq; semper præsentem habere in suâ memoriâ. Tale collum est David, cum ait. Psalm. 63. Recordatus sum tui super stratis meis, incustodijs meditabor te. Et Ecclesia Esa. 26. Nomen tuum, & memoriale tui desiderium animæ, animo meo desideravi te in nocte etiam spiritu meo in interiore meo quæram te mane. Et Jer. 15, 16. ait Ecclesia: Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & fuit mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei. Et Aug. cum ait in sol. c. 18. Reducam ad mentem omnia bona, quæ fecisti mihi à juventute meâ, omni vita mea: quoties jam me absorpserat draco ille, & tu Domine ab ore ejus extraxisti me: quoties ego peccavi, & ipse paratus fuit deglutire me: Sed tu Domine

Psal. 63. v. 7

Esai. 26, 8.

Jer. 15. v. 16.

Aug. in sol. c. 18.

Deus

Deus meus defendisti me. Cum contra te
pin niquè agebam, cum mandata tua frange-
maoam, stabat ipse paratus, ut me raperet ad
nfernum, sed tu prohibebas. Ego te offen-
debam, & tu me defendebas: Ego te non
imebam, & tu me custodiebas: à te rece-
debam, & inimico meo me exhibebam,
qi u ipsum, ne me caperet, deterrebas. Et
aulo post: Sicut ergo nulla hora vel pun-
ctum in omni vitâ meâ, quo tuo benefi-
io non utar: sic nullum debet esse mo-
mentum, quo te non habeam ante oculos
n meâ memoriâ, & te non diligam ex o-
innni fortitudine mea.

(*Murenulas aureas faciemus tibi &c.*) *Vers. 11.*

Pater meus, ego filius, & Spiritus san-
tus faciamus, hîc innuuntur tres personę
ivinitatis, sicut Gen. 1, 26. faciamus ho- *Gen. 1, 26.*
minem ad imaginem nostram. Et cap. 11. *11. 8.*
escendamus, & confundamus labium
orum. Igitur ornemus in te pœniten-
m sinceram, spem firmam, fidem salvi-
cam, dilectionem ferventem & continu-
Jā Rex concupivit pulchritudinē tu-
m, quia astas ei in preciosis vestibus quasi

conjux

conjux ad dexteram ejus in auro Ophir, & ex auro est vestimentum tuum. Oblivi-
scere ergo populum tuum, & domum pa-
tris tui, sic rex concupiscet decorem tu-
um, & sic duceris in lætitiâ & exultatio-
ne, & ingredieris palatium regis Ps. 45. De
Psalm. 45. his murenulis aureis, quibus Trinitas san-
cta ornavit & vestivit sponsam, fit men-
Eze. 16, v. 11. tio Ezech. 16, 11. Operui te serico, & dedi
armillas super manibus tuis, & torquem
super gutture tuo, & dedi inaurem super
faciem tuam, & circulos super auribus tu-
is, & coronam gloriæ in capite tuo.

Et ornataes auro & argento, & ves-
tis tua byssus & sericum, & polymi-
tum, quæ Christi sponsa has vestes, &
has murrenulas habet merito gaudendo
gaudebit in Domino, quia ornata est, ut
Esai. 61. 10. Sponsa monilibus suis sponso suo Christo
Esa. 61. per has itaq; murrenulas intelligi-
Psal. 32. 2. tur justitia Christi, & peccatorum remis-
sio. Unde David Psa. 32. Beati, quorum re-
missæ sunt iniquitates, & quorum tecta
sunt peccata. Hi agnum sequentur, quo-
cunq; iverit Apoc. 14, 4.

Vers. 12. (*Interea dum esset Rex in accubitu suo,*
Nardus mea dedit odorem suum.)

Per hunc accubitum intelligit Theo-
dore

robdoretus mortem & ſepulturam Chriſti.
Unde Bileam (licet Pſeudopropheta 2.
Pet.2.) ita de Chriſto vaticinatus eſt Num.
24. Incurvavit ſe, & accubuit ſicut Leo, *Num.24,9.*
& ut Leo major, quis ſuſcitabit eum. Chri-
ſtus accubuit, & obdormivit, quando vo-
luerit, quia poteſtatem habuit ponendi *Ioh.10,18.*
animam ſuam, & rurſus aſſumendi eam,
obdeoq; ſpontaneâ morte accubuit, & ſei-
mulo ſum à mortuis excitavit. Unde Auguſt.
tract.119.in Joh.ait: Quis ita dormit, quan- *Aug.tract.*
do ille voluerit, ſicut Jeſus mortuus eſt, *119. in Ioh.*
quando voluerit. Quanta ſperanda vel ti-
menda poteſtas judicantis, ſi apparuit
tanta morientis. Dum omnipotens Rex
moritur, immortalis & æternus occum-
bit, & vita æterna in ſepulchro obdormit,
quia in filio eſt vita æterna, & ipſe mori-
endo eſt verus Deus & vita æterna. Tunc
ſponſus ſponſæ dedit odorem ſuum, ſcil: cũ *1.Ioh.5,21.*
tres mulieres ſũmo mane exorto ſole ve-
nerant ad ſepulcrum Chriſti, quærentes vi-
vum inter mortuos, ut ungerent balſamo
corpus ejus; vel cum accumberet Chri-
ſtus in domo Simonis leproſi, venit muli- *Marc.16,10.*
er habens alabaſtrum unguenti nardi pi-
ici pretioſæ, & comminuto alabaſtro
fudit Chriſto in caput: unde indignan-
bus diſcipulis Chriſtus reſpondit, bo-

nam rem ipſam operatam eſſe: Dico vobis, ubicunq; prædicatum fuerit Evangelium hoc, etiam hoc factum in ejus memoriam prædicetur Mar. 14, & tunc narrabitur hoc quod dedit ſuum odorem.

Marc. 14, 3. 4, 5, 6.

Alij per accubitum intelligunt ſinum æterni patris, ut Bernh. ſuper cant. ſerm. 42. Rex eſt in corona, ſive accubitu ſuo, i.e. in ſinu patris, quia ſemper in patre filius eſt. In Hebræo eſt in circuitu. Et per hunc circuitum intelligitur, ait *Calaguritanus*, ſponſæ voluntas. Eſt n. ſponſæ voluntas quædam ſphæra quædam, ambitus ſeu circuitus ſponſum undiq; complectens & vallans & ipſe eam rurſus vallat & munit Zach. 2. 5: *Ego ero ei, ait Iehova, murus ignis in circuitu & in gloriam ero in medio ejus. Et, Angelus Domini caſtrametatur in circuitu tuo.*

Bern. ſer. 42 ſuper cant.

Zach. 2, 5. Pſal. 34, 8.

Sic etiam per nardum poteſt intelligi ſponſæ oratio, quæ dirigitur ad Deum tanquam incenſum, quæ nardus cœlum penetrat, Deum ligat, & ligatum ad votum inflectit, angelos lætificat, homines ſtabilit, diabolos fugat. Hanc nardum cotidie effundit Eccleſia cum Magdalena ſuper caput Chriſti, cum de alabaſtro pectoris odorem jucundiſſimum ac ſuaviſſimum ſinceræ fidei, laudatiſſimam humilim

...humilitatem, orationem devotam, castita-
...tem sanctam, charitatem ignitam, spem
...firmam &c. exercet.

(*Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi.*) *Vers. 13.*

Myrrha arbuscula quinq; cubitorum
...altitudine, cujus cortice inciso lacryma
...amara, quæ myrrha vocatur, defluit. De-
...functorum corpora à putrefactione con-
...servat Plin. l. 12. c. 15. & 16. quæ arbor est a- *Plin. l. 12, c. 15. & 16.*
...mara, acris, & odorata.

H Hæc arbor Christum denotat, qui licet *1.*
...erat Deus exaltatus in secula, tamen erat
...humilimus & abjectissimus, dum in his
...terris versabatur. Ergo omnes Christia-
...nos invitat suo exemplo ad humilitatem
...Matth. 11. *Discite à me, quia ego humilis corde.* *Matt. 11, 29.*
...Hinc *Macarius*: Si Deus tantas humilita-
...tem, contumeliam & passionem subijt,
...quis natura limus & mortalis es, quan- *2.*
...tumcunq; humiliatus fueris, nihil quod
...tuum Domino tuo cõparandũ sit, feceris.
Ambros. super Ps. 118. ser. 3. humilitas in
...hoc mundo contemnitur, sed Dei judi-
...cio comprobatur.

2. Cum inciso facta est in hac arbore
...itæ Christo, sc. in horto sudavit guttas sã-
...guineas, & in cruce lãceâ trãsfossus: exivit

de latere ejus aqua & ſanguis. Hoc non ſolum factum eſt, cum arbor ipſa ſc: Chriſtus inciſus eſt, ſed etiam cum ejus membra ſecantur, ut eſt Zach. 2. *Quivos tangit, tangit pupillam oculi mei, & ideò flevit ſuper Ieruſalem* Luc. 19, 3. Chriſtus ſervat animas noſtras, ne in æternum putrefiant. Joh. 5. 2. *Qui ſermonem meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & incondemnationem non veniet, ſed tranſibit à morte in vitã.* Et ideò Deus unxit eum myrrha & oleo Pſ. 45, 8.

Zach. 2, 8.

Luc. 19, 41.

Ioh. 5, 24.

4. Chriſtus dicitur *amarus* (licet ſit mel & lac ſub linguâ ejus, & ipſe eſt omni melle dulcior) propter amaram crucem, quã nobis ferendam imponit hîc temporaliter, ne in æternum putreſcamus. Unde *Aug.* Melius eſt aliquid amari habere in ore, quàm æterna tormenta ſuſtinere in omnibus membris. Hinc etiam præclare *Bernh.* ſuper cant. ſer. 44. Dominus Jeſus myrrha in morte mihi: botrus in reſurrectione: ſeipſum mihi ſaluberrimum temperavit in potum, ſi tu itaq; peccata luxiſti, bibiſti amaritudinem. Si a. jam reſpiraſti in ſpem vitæ, vita ſanctiori mutata eſt tibi myrrhæ amaritudo in vinum quod lætificat cor hominis. 5. Chriſtus eſt myrrha odorifera cum verbo ſuo. Eſt enim omni-

mnibus pijs odor vitæ in vitam. Unde
cclef. 24,20. Quasi myrrha electa dedi
avitatem odoris. Curremus ergò in *odo-*
rem unguentorum tuorum. Cant. 1,3.

Inter ubera mea commorabitur.

Legimus Exod. 28. Quomodo Aaron
omine filiorum Israël portavit in *pecto-* *Exod. 28,*
li judicij super cor suum, cum ingrede- *29, 30.*
tur sanctuarium in memoriam coram
omino jugiter. Et in pectorali URIM
THUMMIM, per quod nomen Jeho-
ah intelligitur, quod per duodecim lite-
ras significatur אַב בֵּן רוּחַ הַקֹּדֶשׁ id est,
ater, filius & Spiritus sanctus, ut testatur
aulus Fagius: Sic sponsa dicit se hîc cum
arone portare Christum fasciculum ar-
coris vitæ inter ubera sua, i.e. in intimis
ordis penetralibus, ejusq; recordari su-
er stratis suis, eumq; indesinenter medi-
ri in custodijs Psal. 63. quia est omni mel- *Psal. 63. 7.*
: suavior, omni lacte nutribilior, & toti-
s mundi thesauro charior, seq; esse tem-
lum Dei viventis, eumq; in se inhabita-
e, & inambulare 2. Cor. 6. Stygmata igi- *2. Cor. 6, 16.*
ur ejus, & ipsa in corpore suo portare *Gal. 6, 7.*
ult Gal. 6. non aliter, ac olim Isaac Gen. *Genes. 22, 6.*
portavit ligna, sive fasciculum ligno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sum, in quo esset Deo in hostiam offeren-
dus, & comburendus. Sic & ego, (ait spō-
sa) si possibile esset, ut omnia totius mun-
di mala humeris meis imponerentur, o-
mnia hæc pro nihilo haberem, tantùm si
possem animam meam salvam reddere,
& Christum in pectore meo inter ubera
mea pernoctantem retinere.

Puellæ quæ volunt amari, & amatori-
bus suis placere, inter ubera ferunt grato
odores, quò celerius amatores suos alli-
ciant: sic omnis sponsa pia, ut Christum
suum sponsum ad se alliciat, portabit in
corde suo charitatem ferventem, fidem
vivificam, bonisq; operibus conjunctam,
spem firmam, patientiam magnam, qua
tribulationis myrrham vincat & superet,
Rom. 8. 35. ut Paulus Rom. 8. cum ait: *Quis nos sepa-*
rabit à dilectione Dei &c. mihi persuasum ha-
beo, quòd neq; mors. &c. nos separabit à dilecti-
one, quæ est in Christo Iesu Domine nostro. De
Bernh. hoc pereleganter *Bernh.* super cant. ser. 43.
cum ait: Hunc & vos dilectissimi tam di-
lectum fasciculum colligite vobis; hunc
medullis inserite cordis: hunc immittite
in aditum pectoris: ut & vobis inter ube-
ra commoretur. Si eum ante oculos
habeatis, quem portatis, pro certo vi-
dentes angustias Domini, levius por-
tabitis

nidubitis vestras, ipso auxiliante Ecclesiæ
Inoconso.

Qui hunc fasciculum electum portat,
ejiicet procul dubio cum Davide Psal. 16.
Dominus pars hæreditatis meæ, & Ps. 126. *Nunc* *Psalm. 16, 5.*
repletum est risu os meum, & lingua præconio, *126, 2.*
vel lætitiâ, & anima voluptate. Et cum Ec-
clesiâ Jer. 51. *Pars Iacob & sceptrum hæredi-* *Ierm. 51. 19.*
tatis ejus Dominus Zebaoth. Et cum eâdem
Hoseâ. 2. *Melius est mihi nunc, quàm tunc, quia* *Hos. 2, 7.*
reversa sum ad virum meum priorem. Et cum
duobus discipulis euntibus Emaus: *Nonné* *Luc. 24, 32.*
ardebat cor nostrum in nobis? Et cum Petro
Ioh. 6. *Quò ibimus, verba vitæ æternæ ha-* *Ioh. 6, 68.*
bes, & credimus, quod sis filius Dei. Et cum *Gen. 32, 30.*
Iacobo Gen. 32. Jam salva facta est anima
mea. Cum matre Simsonis: Non moria-
mur, quia Deus ostendit nobis omnia *Iud. 12, 23.*
hæc. Et cum Mariâ matre Christi Luc. *Luc. 1, 47.*
Exultabit Spiritus meus in Deo servatore
meo. Et cum Paulo: Sumus filij & hæ- *Rom. 8, 17.*
redes Dei, & cohæredes Christi, Deus *31, 34.*
pro nobis, quis contra nos, quis accusa-
bit electos Dei, Deus hîc qui justificat,
quis condemnet. Et cum Gedeone: *Hic* *Iud. 7, 20.*
est gladius Iehovæ, Cum Johanne A- *Apoc. 21, 3.*
postolo: *Ecce tabernaculum Dei fa-*
ctum est inter homines: & vers. 22. Domi-
nus omnipotens templum meum est,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

& agnus. Et cum Bernh. Hæc mea ſublimior Philoſophia, ſcire Chriſtum, & hunc crucifixum. Non requiro ſicut ſponſa, ubi cubet in meridie, quem lætus amplector inter ubera mea commorantem, non requiro, ubi paſcat in meridie, quem intueor ſervatorem in cruce.

Serm. 43. ſuper cant.

Per hæc duo ubera aliqui intelligunt cum *Bernhardo* congratulationem, & compaſſionem: quod ſponſa ſc: congratuletur pœnitentibus, & compatiatur martyribus pro nomine Jeſu patiẽtibus, vel quod gaudet cum gaudentibus, & luget cum lugentibus Rom. 12.

Serm. 10. in cant. & in ſer ſer. 52.

Rom. 12, 15.

Si hæc duo ubera habemus, tum Chriſtus venit ad nos, ut eſt Pſalm. 132. *Elegit Dominus Sion, & deſideravit in habitaculum ſibi.* Hæc requies mea usq; in perpetuum, hîc habitabo, quoniam deſideravi eam.

Pſal. 132, 13.

Apud quam animam ſponſus ita commoratur, illa revera eſt ſacrarium Dei, templum Spiritus Sancti, habitaculum Trinitatis, ſponſa Chriſti dilecta. Neve ergo hunc æternum theſaurum, characterem patris conſubſtantialem, deſiderium angelorum, gloriam Iſraëlis, & lumen gentium pro omnibus, quę hic mundus habet, & ſi cum omnibus ſanctis Dei,

Hebr. 1, 3. Luc. 2, 32.

Pro-

Prophetis, Apostolis & martyribus o
mnem mundi contemtum, ignominiam,
& omnia mala, quæ mundus præbibit il-
lis, qui non sunt è mundo, sustineret, hæc
pro summâ lætitiâ haberet, quod esset di-
gna aliquid pro nominis Christi confessi-
one pati. Nam ut Luth. ait: Crescunt pij
cum occiduntur, multiplicantur, dum
minuuntur, superant, dum subjiciuntur,
intrant dum expelluntur, vincunt dum
vincuntur, & sic nulla angustia videatur,
ubi ibi nimis magna, nullum tempus nimis
longum, & sicut septem anni visi sunt Ja-
cobo dies pauci, eò quod dilexerat Ra-
chel; ita propter nostram Rachel, i. e. vi- *Gen. 29, 20.*
tam æternam, & nostrum sponsum inter
cruciatibera commorantem videatur nostra af-
flictio momentanea, ac levis ludus & jo-
cus.

Hinc *Bern.* De omnibus anxietatibus & *De honest.*
maritudinibus Domini Dei tui colliga q. *vit.*
fasciculum: amarum poculum lacryma-
rum tibi conficias, quando ardentissimo
more Christi incensus es, de honestâ vitâ.
Et hoc modo ponis Christū super cor tu-
um tanquam sigillum Cant. 8, 6. & ipse vi- *Cant. 8, 6.*
dissim ponet te super suum pectus, ut Jo- *Ioh. 21, 20.*
annes super illud in cœna cubantem,
quo Christi pectore cœlestis haustum

sapientiæ, cæteris (discipulis) excellentius potavit. ut testatur August. in præfat. super Joh. Ita nos, Domine Jesu fac in sinu tuo cubare, in corde commorari, inter brachia dormire, donec discernans hœdos ab agnis, & nos introducas in thalamum tuũ, ubi amore tuo perfectè fruamur, & suavia tecum misceamus.

(Botrus Cypri dilectus meus mihi: in
Vers. 14. *in vineis Hengeddi.)*

Hîc alludit sponsa ad historiam, quæ
Num. 13. Num, 13. legitur, quomodo Moses misit exploratores de omnibus tribubus, ut explorarent terram Canaan, quibus reversis, botrum uvarum duo in perrica portarunt, & ostenderunt toti cœtui fructum terræ, dicentes: Hic est fructus ejus sc. terræ, fluentis lacte & melle Et dixit Josua: Ascendendo ascendamus, & hæreditabimus eam. Sic sensus est sponsæ: Tu non solum es mihi fasciculus myrrhæ in morte, tribulatione & anxietate, verum etiam dulcissimus botrus in
Psal. 104, 15. resurrectione & lætitiâ, quia tu es suavis botrus uvæ; qui lætificas cor hominis, nã te non in pertica, vel phalange ferã, sed in animâ meâ, tu enim es animæ meæ opti-

optimum electuarium, singulare remedium, & ego cum Josua, qui te saluberrimum ac suavissimum botrum gustavi, ascendendo ascendam, & non quiescam, donec ad te perveniam, & hæredem tibi facias mihi: tu enim es thesaurus immarcescibilis, unio & margarita inæstimabilis, quam nemo novit, nisi qui accepit, & qui hanc consecutus est, etiam calculum candidum habet, in quo novum nomen scriptum est. *Apoc. 2. 17.*

Cyprus dicit *Bernhardus* super cant. ser. 44. quod sit insula vini optimi fœax. Et Engaddi ait esse fontem hædi & baptisma gentium, & lacrymas peccantium significare. In hoc fonte baptismi & regenerationis lavacro lavabimur ab omnibus peccatorum nostrorum fœtoribus, & si peccatorum oculi demittant lacrymam, & palpebræ eorundem aquis defluant ser. 9. propter peccata commissa, tunc venient ex tribulatione eorum, & erunt stolæ eorum dealbatæ in sanguine agni, indemq; consolationem accipient, ut dicit David: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent* Ps. 126. & Christus: *Beati qui lugent, quoniam consolationem accipient.* lacrymæ n. pœnitentiū vinū sunt Angelorum, quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, gustus indulgētiæ, sanitas redeūtis innocētiæ, re-

Eph. 5, 26.

Ier. 9, 18.

Apoc. 7, 14.

Psal. 126, 5.

Matt. 5, 4.

reconciliationis jucunditas, & serenatæ conscientiæ suavitas. *Bernhar.* super cantic.

Vers. 15. (*Ecce tu pulcra es amica mea, oculi tui sunt columbarum,*)

Legimus Esth. 2, 7. quod Esther erat puella pulcra forma, & bona aspectu: sic pia anima Christi amica pulcra à sponso Christo prædicatur. 1. Quia lota est lavacro aquæ in baptismo in verbo, igitur jam gloriosa, non habens maculam, aut rugam, aut quicquam ejusmodi, sed sancta est, & irreprehensibilis. 2. Quia credit in Christum, qui non solum sanctificat fœdatos peccato per spiritum S. sed etiam mundat ab omni iniquitate. Nulla ergo condemnatio est ei, quod implantata est sponso suo Jesu Christo Rom 8.

Eph. 5, 26, 27

1. Joh. 1, 8.

Rom. 8, 1.

Primò incipit sponsæ oculos commendare; oculi enim sunt omnis pulcritudinis quasi initium, in hos enim incurrit amantium aspectus, & ideò dicuntur in amore duces. Per hos oculos intelligit ejus fidem, ut est Cant. 4, 9. Rapuisti cor meum uno ex oculis tuis: & *charitatem*, quæ summa virtus, qui enim hanc non habet, nihil habet, & nihil ei prodest, & nihil est.

1. Cor. 13, 13.

Unde

UNde Christus Matt. 6. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit.* Matt. 6, 22.

Septem sunt proprietates seu naturæ columbarum. 1. in petris nidificant. 2. est sine felle. 3. gemit. 4. pura grana legit 5. pullos alienos nutrit. 6. mortuo marito illa viduitatem semper colit. 7. juxta fluenta nidum habitat.

Sic sponsa Christi nidificat in petrâ Jesu Christo: ipse enim est vere petra, de quâ fluunt aquæ vitæ, de quâ si quis bibit, non sitiet in æternum. De hac petrâ pereleganter *Bernh.* Revera ubi tuta & firma infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus salvatoris, tantò tutior & securior ibi habitabo, quantò potentior ad salvandum mundus fremit, corpus premit, diabolus insidiatur, tamen non cado, quia in firmam petram fundatus sum, grande peccatum peccavi, conscientia mea turbatur, tamen non perturbatur, quia vulnerum Domini recordor, quid tam ad mortem, quod morte Christi non salvetur? Unde David: *Abscondet me in abscondito tentorij sui in petra exaltabit me.* Et Psal. 84. Cor meum, & caro mea Ioh. 4, 14. *Serm. 61. super cant.* Psalm. 27. Psal. 84, 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

mea exultaverunt in Deum vivum. Etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos suos.

2. Sponsa Christi debet felle carere, i.e. ira, odio, & invidia, ac se reconciliari fratri suo, dum est in viâ cum illo, libenter remittere, ut ei remittatur, nec permittere solem occidere super suam iram. Et illud Davidis Ps. 133. semper *in memoriâ recenti habebit*: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.

Matt. 5, 25
Eph. 4, 26.
Ps. 133, 1.

3. Vera amica Christi semper debet ingemiscere ac deflere horrenda sua peccata, quibus sponsum offendit, dicens cum Davide: *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in irâ tuâ corripias me.* Cum Jeremiâ 9, 1. Quis det capiti meo aquas, & oculis meis venas lacrymæ, ut flerem die ac nocte. Cũ publicano: Deus esto mihi propitius. Cũ filio prodigo Luc. 15. *Pater peccavi in cœlum & in te, nec dignus sum vocari filius tuus.* Item cũ Manasse, Petro & Magdalena Luc. 7. Lacrymæ enim pœnitentiũ cadunt in conspectu Dei. Aug. Hinc David Ps. 56. *Tu Deus motionem meam numerasti, tu pone lacrymam meam in utre tuo, nomen in libro tuo* sc. *scripsisti.*

Ps. 6, 2. 38, 2.
Luc. 18, 13. 15, 18. 26.
Luc. 7, 38.
Psa. 56, 8.

4. Omnis electa Christi sponsa sinceram religionem, puram, candidam, & non

muti-

um mutilatam verbi Dei interpretationem
ms amplectitur & amat, nec fertur quovis
ob doctrinæ vento, ſed probat Spiritus, an
à Deo ſint, ut Paulus hortatur: *Omnia* *1. Theſ. 5, 21.*
probate, quod bonum eſt tenete.

5. Vera columba & amica Chriſti fon-
tes ſuos foras derivat *Prov. 5.* facit ſibi a- *Prov. 5, 16.*
micos de mammonâ iniquitatis *Luc. 16.* *Luc. 16.*
liberat pauperem, vociferantem, & pu-
pillum cui non eſt adjutor, cor exhilarat
viduæ, juſtitia induit, tanquam pallio, o-
culus eſt cœco, & pes claudo, pauperibus
pater *Iob. 29.* hoſpitalitatem ſectatur, ve- *Iob. 29, 12.*
ſtit nudum, potat ſitientem, cibat eſuri- *14, 15.*
entem *Matth. 25.* Hinc *Ambroſius*: Melius *Matt. 25,*
operatur pecunia in pauperis cibo, quam *35, 36.*
in divitis ſæculo. *Baſil.* Quicquid paupe-
ri das eſt donum & fœnus. Manus pauper-
is eſt gazophilacium Chriſti.

6. Omnis Chriſti ſponſa caſtitatem
ſectatur, & non facit ex templo ſponſi
cloacam fœdam Diaboli, ſed ſanctè vi-
vit ſicut ſponſus ejus ſanctus eſt, nam ſa-
tis novit, quod peccatum divortium facit
inter ſe, & Deum, & ſe dereliquiſſe fon- *Eſai. 59, 2.*
tem vivum, & fodiſſe ſibi ciſternas, in qui- *Ier. 2, 13.*
bus non eſt aqua, igitur etiam conver-
tatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

tatur in toto corde in jejunio, in planctu,
Joel.2, 12. & scindat cor suum, & non vestimenta, &
pelagi aquarum descenderunt, in oculis
ejus, quia non custodiverunt legem Dei
Psal.119,136. Hinc *August.* O anima mea,
plora sicut vidua super virum pubertatis
suæ, quia te dereliquit sponsus altissimus
&c.

7. Omnis anima fidelis apud fluenta sa-
Psalm.1,2. cræ scripturæ habitat Psa.1. *Quia in lege Do-
mini voluntas ejus, & in lege Dei meditatur
die ac nocte, & est sicut lignum plantatum se-
cus rivos aquarum, & folium ejus non decidet.*
Et non debet sponsa Christi solũ apud flu-
enta verbi habitare, verum etiam de aquâ
bibere Joh,4. *Qui bibit ex aquâ, quam ei da-*
Joha. 4,14. *bo, non sitiet in æternum, sed aqua quam dabo ei
fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.*
Esai.44,3. Unde Deus *Esai* 44. Effundam aquas super
sitientem, & fluenta super aridam, effun-
dam spiritum meum super semen tuum,
& benedictionem meam super germina
tua. Et germinabunt inter herbam sicut
salices juxta rivulos aquarum. *Qui ergo*
has septem naturas columbarum imita-
Rom.5,5. tur in corde ejus per Spiritum sanctum
diffusa est gratia & charitas Dei, sicut
aqua.

(Eccl

(*Ecce tu pulcher dilecte mi, etiam amœnus.*) *Vers.* 16.

Laudantem relaudat laudata. Legimus *Sam* 14,25. de pulchritudine Absolonis, quod non erat vir ita pulcher in universo Israële, à plantâ pedis usq; adverticem, in ipsiquidem non erat in eo macula. Hic erat tum omine & externâ formâ pulcher, nomen n. ejus sonat pater pacis, sed interno mine deformis, quia disturbavit Israëlem, & in corde suo malum machinabatur contra parentem suum: sed Christus noster erat nomine & omine internè & externè pulcherrimus inter filios hominum. *Ps.*45. Pulcher valdè factus *Psal.*45,3. est præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit tibi Deus in seculum. Et datum est ei nomen super omne nomen *Phil.*2. *Phil.*2,9.

Hic noster amicus Christus sc. est candidus divinitate, & rubicundus humanitate *Cant* 5. licet propter peccata nostra, quæ in se ferenda suscepit, aliquando *Cant.*5,10. videatur deformis, ut *Es.* 63,1. Quis est iste, qui venit ex Edom, rubefactus & tinctus vestibus decoratus in stolâ suâ, rubrum vestimentum tuum sicut calcantis in torculari v. 3. omnia indumenta mea in

quinavi sc: propter vos. *Item Zach,3,3.* Jehovah indutus erat sordidis vestibus. Ut
Zach. 3,3. de Ps.22.dicitur vermis & non homo,
Psal.22, 7. probrium populi, & contemtus plebis
quem vidimus, & non erat ei forma,
decor *Esai.53,2.* Cum ægrotabamus,
ebat saccum, & in jejunio affligebat
mam suam *Psal.35,13.* Per se ergo nunq
erat deformis,sed divinitate ipsa pulch
tudo, in quam Angeli prospicere desid
Matt.17, 2. rant, humanitate clarior Sole *Matth.17*
ut in monte Thabor videre possumus;
bi facies ejus splendidit ut sol, & vest
menta erant candida sicut lumen.

Sponsa dicit Christum esse amœnu
Hinc *Bernh.* in lament.Mariæ: Christus
rat aspectu dulcis,colloquio suavis, &
mni conversatione benignissimus.

(*Lectus noster viridis.*)

Aliqui putant, hunc lectum esse corp
Christi,in quo omnis Deitatis plenitu
habitat. *Theod.* sacram scripturam, in q
Col.2.9. sponsus & sponsa conquiescentes mut
spirituali consuetudine conjungunru
Cor 6,17. Qui conglutinatur Domino,
nus cum eo spiritus est. *Alij* cor homi
ut Bernhardus,in quo sponso libentissi
cubat,& cum sponsa mutuis amplexi

qu

supquàm castissimis fruitur. *Alij* divinam
noscontemplationem, in quâ sponsa à seculi
mmtumultibus & vanis curis, & cogitationi-
sudbus immundis sopita jacet. *Alij* consci-
inneentiam bonam, in qua ut in lecto secura
ieiupquiescit anima cum Christo, & amore
lieDei liquescit.

oI Lectus quieti destinatus est, sicut do-
sumnus commorationi. In hoc ergo lectulo
nflonostro vult sponsus noster dormire, si o-
inmni orationum instantiâ eum invitamus.
Apoc.3. Ecce sto ad ostium pulsans, si quis *Apoc.3,20.*
peruerit mihi, intrabo ad eũ, & cœnabo
mu um ipso. De hoc *Paulus 1.Cor.3.* An nesci- *1.Cor.3.16.*
upis is, quod corpus vestrum sit templum ha-
nsti itantis in vobis Spiritus sancti, quem ha-
sis etis à Deo *Ioh.14.23.* Si quis diligit me,
omsermonem meum servabit, & pater meus *Ioh.14,23.*
sgil liget eum, & ad eum veniemus, ac man-
nsionem apud eum faciemus.

oqS Sponsi lectus est floridus, cum alijs ex-
sqnnpla bonæ vitæ præbet, qui ergò benè
ieroperatur, semper floret, nunquam arescit,
s sillia ejus nunquam decidunt. Qui in hoc *Psal.1.3.*
v osecto verbi divini obdormiscit, non perit,
osh d floret pulcherrimè, cubat molliter,
jolsiuescit securè, dormit suaviter. O viride
ubrioridum, vivum, vivificum, suave, mol-
o ô ô cubiculum optimum, & lectus sua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

vissimus in hoc S.S. tui verbi lecto cubandi
re, versari, quiescere, dormire tecum intimi
mè desideramus, concede ergo nobis,
Domine Jesu, tuis mutuis amplexibus
quam castissimis frui in hoc lecto in æ
ternum.

Vers. 17. *(Trabes domorum nostrarũ larices, la*
quearia nostra abjetes.)

Per hanc trabem notatur *pietas*, quæ
omnia utilis, quæ habet promissionem
1. Tim. 4, 9. præsentis & futuræ vitæ, qui hanc non
habet, frustrà laborat in ædificanda d
mo. Ps. 127, 1. Si Jehovah non ædificat d
mum, frustrà laborarunt ædificantes e
si Dominus non custodiat civitatem, fr
stra vigilavit custos &c. Per *domum* int
ligitur homo regeneratus. Hinc *Bern*
Serm. 26 super cant. Domum Dei spiritualem seipsum quis
agnoscat, quia tamen jam in carne n
ambulat, sed in spiritu, qui crucifigit c
nem suam cum desiderio, & concu
Gal. 5, 24. scentijs.

Per arborem laricem & abjetem int
ligitur charitas: sicut enim larix onus g
ve sustinet, & cariem non sentit: sic cha
tas omnia credit, omnia sperat, omnia
stinet. Charitas nunquam excidit, si
prophetiæ abolebuntur, sive linguæ c

sabu

bunt 1.Cor.13. charitas nunquam cariem
ntit, spes enim & fides cessabunt, chari-
as autem permanebit 1.Cor.13. Qui ergo
ietatem, & Charitatem erga Deum &
roximum non exercent, ad domum eo-
m non venit, licet eum invitent, ut te-
atur Bernh: Miror sanè impudentiam a- *Serm.46.*
quorum, qui inter nos sunt, qui cum o- *super cant.*
nes nos suâ impatientiâ irritarunt: suâ
ontumaciâ & rebellione contempse-
nt, suâ inobœdientiâ coinquinaverint:
ident nihilominus tamen ad suæ concu-
scentiæ tam fœdum lectulum & domū
nni orationum instantiâ totius purita-
Dominum invitare.

Oremus ergo cum eodem, ut Deus
obis det hæc ligna, quibus ei ornatum
onscientiæ thalamum semper exhibea-
us, & quasi quoddam divinæ requiei
bile simus ei, & sponsa ornata, quæ ibit
virtute in virtutem Psal.84,8. Atq; hæc
breviter sufficiant de capite primo.

CAPUT II.

(*Ego sum rosa Saronis lilium con-* *Vers.1.*
vallium.)

Theodoretus hæc verba ita explanat: Ego *Theodor.*
campi factus sum, i.e. terrenum cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Christus flos & lilium Convallium.

pus assumsi. Et cum æternus, & excelsus, imò immensus essem, lilium sum factus, non montium, neq; collium, neq; camporum simpliciter, sed convallium.

Verè rosa & lilium convallium est Christus, 1. colore, ipse n. est candidus, & rubicundus *Cant. 5, 9.* imò pulcherrimus inter filios hominum. 2. odore, quia respirat suavissimum Evangelij odorem, qui est pijs odor vitæ in vitam. Est itaq; rosa & flos omnium excellentissimus, non talis, qui hodie cum floret, cras in clibanum mittitur, neq; qui mane floret, & vespere decidit; sed vera virga & flos de radice Jessæ, super quem requiescit Spiritus Domini. Qui ergo credit in eum, vivet & florebit perpetuò, vitam æternam habebit, & in condemnationem non veniet; quandoquidem ipse ut rosa & lilium hunc mundum decoravit & ornavit, cum in temporis plenitudine natus est ex muliere *Gal. 4.*

Cant. 5, 9.
Psal. 45, 2.
Matt. 6, 30.
Psal. 90. 6.
Esai. 11. 1.
Ioh. 5, 24.
Gal. 4, 4.

Jam ergo propter peccatorum nostrorum spinas interdiu ac noctu conscientiam nostram pungentes desperare nō possumus, quia Christus ut pulcherrima rosa, quæ honorem & gloriam acceperat à Deo patre *2.* Pet. 1. 17. nos recreat & reficit. *Hinc verba Augustini in Man. c. 13. non sunt silentio prætereunda, cum inquit:* Desperare utiq; potu-

mortuissem propter nimia peccata mea & stultitia, culpas, & infinitas negligentias meas, quas egi, & quotidie ago indesinenter corde, ore & opere, & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbum tuum, Deus meus, caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare jam non audeo, quoniam subditus ille tibi ad mortem, mortem autem crucis, tulit chirographum peccatorum nostrorum, & figens illud cruci peccatum crucifixit mortem.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.) Vers. 2.

Christus vocat sponsam *lilium*, propterea quod omnis caro gramen sit, & omnis gloria hominis quasi flos graminis, quod mane floret, & vespere decidit. Esa. 40, 6. In *spinâ* notantur, citò floret, citò arescit, acuit quos pungit: sic hæretici & impij, qui hîc illo- Ps. 90, 6. *Tria in spina notantur.* rum filiis divitijs florent & crescunt cum homine divite: Quid faciam, quia non habeam, quò congregē fructus meos? Hoc faciam, destruam horrea mea, & majora ædificē, & dicā animæ meæ: anima habes multa reposita in ānos multos, requiesce, ede, bibe, gaude &c. 2. citò auferuntur, ut Ps. 37, 28. Semen impiorum succide- Luc. 12, 17. 18

cidetur. Et *Luc.12.* O ſtulte, hac nocte ani-
mam tuam repetent à te, quæ verò para-
ſti, cui cedent. 3. Spinis ſuis nos pungit
mundus, caro fremit, diabolus inſidia-
tur, conſcientia mordet. *Hinc Bernh.* Spina
Serm. 48. ſuper cant. pœna eſt, falſus frater, & malus vicinus,
plenus eſt mundus ſpinis, in terra ſunt, in
aëre, in carne, verſari in his, & minimè
lædi, divinæ potentiæ eſt, non noſtræ vir-
tutis. Et ſicut lilium præcellit ſpecie &
venuſtate ſpinis, ſic pij impijs fide, ſpe,
charitate, & multis virtutibus alijs. Spinæ
premunt lilia, i. e. impii pios, nunquam
tamen opprimunt, vel confundunt. Chri-
ſtiani ſunt cruciani, ut ſic dicam cum Lu-
thero, quia ſunt ſimiles præceptori ſuo
Chriſto. Exultabit igitur ſolitudo, & flo-
rebit veluti lilium ſive roſa, germinando
Eſai.35,1. Hoſ.14,6. germinabit, & exultabit in exultatione.
Et germinabit tanquam lilium, cum De-
us erit ei tanquam ros.

Verſ.5. *(Sicut malus inter arbores ſylvæ, ſic a-*
micus meus inter filios.)

Sicut arbor vitæ in paradiſo (quam
malum veriſimile eſt fuiſſe) erat deſide-
rabilis, & concupiſcibilis viſu, & bona
Hag.2,8. Gen.3,6. eſu: ſic Chriſtus eſt deſiderium cunctis
gentibus: ipſe n· eſt, quem multi reges &

pro-

prophetæ voluerunt videre, & audire *Luc.10.24.* Zacheus ut hunc videret, in ar- *Luc.19,4.*
borem ascendit *Luc.19.* Hunc David tam *Psal.42,1.*
ardenter desiderat, cum ait: Sicut cervus
desiderat ad fontes aquarum, ita desidetat
anima mea te, ô Deus. Hinc sic piè orat
Aug.in man.c.3. Quæsivi & inveni te Do-
mine, & amare desidero, auge desideri-
um meum, & da, quod peto, quoniam si
cuncta quæ feciſti mihi dederis, non suf-
ficit servo tuo, nisi teipsum dederis. Da
ergo teipsum mihi, Deus meus, redde te-
ipsum mihi. En amo te, & si parum est, a-
mem validius. Tui ergo amore teneor,
tui desiderio flagro, tui dulci memoriæ
delector. 2. Christus est suavissimus a-
animæ cibus, quoties hunc salutis cibum
quærimus, invenimus in verbo Dei, un-
de alle animas nostras fructu suavi & salubri
efficiamus, de quo *Ioh. 6,49.* Ego sum pa- *Ioh.6,46,51*
nis vitæ, patres vestri comederunt manna
in deserto, & mortui sunt, sed si quis ede- *Apoc.2.7.*
rit de hoc pane, vivit in æternum. *Apoc.2.*
Vincenti dabo comedere de ligno vitæ,
quod est in medio paradisi Dei. Christus
ergo pulcherrimus inter has arbores, pa-
triarchas, prophetas & Apostolos, imò
inter omnes filios hominum. *Psal.45,3.*

(In umbra ejus desideravi sedere, & sedi.)

Legimus 1. Reg. 4, 25. quod habitabat Israël confidenter quisq; sub vite suâ & fico suâ omnibus temporibus Salomonis. Sic omnis anima fœdere conjugali cum Christo unita habitat confidenter sub vite ipsa Christo, ipse enim est vitis vèra, & nos palmites, qui manet in eo, hic fert fructum multum Nos aliquando sedebamus in tenebrositate & umbrâ mortis, nunc autem umbra evanuit, & veritas apparuit, & nos in umbrâ Dei, i.e. in ejus protectione sedemus. Si ergo ambulaverimus in medio umbræ mortis, non timebimus mala, quia Christus nobiscum *Psa.* 23. portæ igitur inferorum contra nos non prævalebunt *Matt.16.* & nulla condemnatio est ijs, quæ sunt in Christo Jesu *Rom. 8.* qui nos tangit, tangit pupillã oculi Christi *Zach.2,8. Hinc David*: Custodi me ut pupillã oculi in umbrâ alarũ tuarũ abscondet me *Et Psal.57.* In umbrâ alarum tuarum sperabo, donec transeant contritiones. *Et Thren.* 4. In umbrâ tuâ vivemus in gentibus. *Ose.14, 8.* Convertentur sedentes in umbrâ ejus, germinabunt sicut vitis. Deus populum Israëliticum in

Ioh.15,1.
Esai.9,2.
Psal.23,4.
Matt.16,18.
Rom.8,1.
Psal.17,8.
Psal.57,2.
Thren.4,20.
Ose.14,8.

deser-

deserto peregrinantem à diurno æstu nu-
q soe protegebat, & in tabernaculis suis
quasi sub umbra sedebant: sic qui ali-
quandiu in æstu scelerum peregrinatus
s fuit, ac tandem fatigatus, divino munere
ecreatur, & sub umbra & tabernaculo
altissimi habitat, ut est Ps. 91. Habitans in *Ps. 91,1,2,3,4.*
bscondito altissimi in umbra ejus com-
morabitur. Dicam Domino, spes mea,
& munitio mea Deus meus, sperabo in
o, quoniam ipse liberabit te à laqueo ve-
atoris, in laqueo suo obumbrabit tibi, &
sub pennis ejus sperabis &c.

(*Et fructus ejus fuit dulcis palato meo.*)

Legimus Exod. 16, 15. 31. quod Deus
luere fecit Man de cœlo, quo viso dixit
ir ad fratrem suum מָן־הוּא quid est hoc,
sciebant enim, quid esset, unde illi im-
positum est nomen Man, & illud erat
tanquam semen Coriandri album, & ju-
us ejus tanquam lagani cum melle. Vo-
catur igitur à Solomone panis angelo-
um ad omnem voluptatem, & ad o-
nem congruum gustum valens Sap. 16.
o. Sic Christus (*ait sponsa*) est verum il-

lud

(ait sponsa) est verum illud manna de cœlo descendens, si quis de eo comederit, non morietur, sed in æternum vivet Johan. 6, Gustate igitur &c. Ps. 34.

Ioha. 6, 57.
Psal. 34, 9.

Fructus quem Eva protoparens in paradiso comedit, erat concupiscibilis visu, dulcis gustu, bonus esu Gen. 3, in & per se semper erat bonus, sed propter mandati divini transgressionem protoplastis & nobis omnibus factus est malus. Sed qui edit de hoc fructu, verbi Dei prædicatione nunquam ei fastidium gignet, sed quo magis edit, eò magis esuriet & appetat. Multis fuit hic cibus dulcis, ut mulieri Samaritanæ Joh. 4. quæ dixit: *Domine da mihi istam aquam, ut non sitiam amplius, neq; veniam huc ad hauriendum.* Sic illis, qui dicebant: nunquam sic locutus est homo, ut hic homo, sc: Christus: imò ipsis Christi crucifixoribus, qui dixerunt Actor. 2. *Quid faciemus viri fratres?* quibus respondet Petrus: *Agite pœnitentiam, & baptizetur quisq; inter vos in nomine Iesu, & converti sunt circiter ter mille,* Hinc *Paulus*: Quam speciosi sunt pedes Evangelizantium pacem, & annunciantium bona. Et David: Nisi lex tua consolatio mea fuisset, perijssem in afflictione meâ.

Gen. 3, 6.
Ioh. 4, 15.
Ioh. 7, 46.
Act. 2, 37. 38.
Rom. 10, 15.
Psal. 119, 92.

(In

Introduxit me in cellam vinariam, & vexillum ejus super me amor. Vers. 4.

Tam longè abſit, ut ſponſa dicat, ſe ad tale vinum introduci à ſponſo, quale ex uvis premitur, quàm cœlum à terrâ, & cogitationes Dei à cogitationibus hominum diſtant: *illud* quidem lætificat cor hominis, ſed immodicè ſumtum prudentes ſtultos, rationales irrationales, & ferè beſtiales reddit, cerebrum perturbat, oculos obcœcat & rubros facit, halitum fœtidum, imò omnia membra enervat, hominem conditum ad imaginem Dei imaginem Satanæ & fœdam ejus cloacam facit, quid multis? expellit angelos & S.S. Hinc *Prov. 23.* Ne intueris vinum cum rubuerit, cum dederit in calice colorem ſuum novissimo ſicut ſerpens mordebit, & veluti regulus punget. *Eſ. 5.* Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

Pſal. 104. 16.

Prov. 23. 32.

Eſ. 5. 11. & 22.

Sed *Paulus* declarat de quo vino loquatur hîc ſponſa Eph. 5. cum ait: Ne inebriemini vino, in quo luxus eſt, ſed impleamini Spiritu, loquentes vobismetipſis per pſalmos, & hymnos, & cantiones Spirituales, canentes ac pſallentes Domino in corde

Eph. 5. 18. 19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

corde veſtro, gratias agentes ſemper de omnibus in nomine Jeſu Chriſti Domini noſtri. Hoc *vino* impleti erant Apoſtoli die Pentecoſtes Act. 2. Omnis ergo ſiti-

Act. 2, 13.

ens veniat ad hanc cellam vini ſpiritua-

lis, & ad aquas, & cui non eſt argentum emat abſq; argento & pretio vinum

Eſa. 55, 1.

& lac.

Per hanc *domum vini*, ut eſt in Hebræo, intelligit Theodor. Eccleſiam, in qua ſpirituale vinum, tanquam prælis expreſſum piorum animas lætitia perfundit Deus, ideò ſponſa in cellam ejus vinariam ingredi concupiſcit, *ut Pſ. 84.* Quam dile-

Pſ. 84, 1. 2. 4.

cta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atrijs Domini, cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum, beati qui habitant in domo tua, perpetuò laudabunt te.

Pſal. 122, 1.

Et Pſ. 122. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. Et

Pſal. 27, 5.

Pſal. 27. Unam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Beati ergo, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam Matth. 5.

Matth. 5, 6.

inebriabuntur n. ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ſuæ potabit eos. Pſ. 36, 9.

(*Vexil-*

(Vexillum ejus super me amor.)

Ubi vinum venditur, præ foribus hædera ſuspenditur. Sic, ait Calaguritanus, præ foribus contemplationis *amorem* prę figit Deus, ut hoc inſigni introducantur in cellam contemplationis, qui amore ducuntur. Urbe captâ erigitur in mœnibus *vexillum* ad victoriam denotandam; ſic, vult ſponſa dicere, mecum pugnavit ſponſus, ut me amore ſuperaret. Cum vero me vicit, bello finito amorem ſuper me, ut victoriæ vexillum erexit.

Oportet 1. milites eſſe ſub aliquo certo vexillo, 2. & illud benè noſcere, & 3. minimè deſerere. 4. cum volat, milites trahit. 5. cum erigitur, ſtrenuè pugnant. 6. cũ jacet, dant fugam.

Sic decet quemvis militem Chriſtianum 1. eſſe ſub Dei amoris vexillo: ut Paulus Rom. 8. Certus ſum, quòd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; inſtantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas nos ſeparabit à dilectione, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Rom. 8, 38.*

2. Noſcere amorem Dei erga ſe qualis ſit Rom. 8. Commendat ſuam cha- *Rom. 8, 8.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

charitatem erga nos, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. 3. perseverare in amore Dei; qui n. perseverat usq; ad finem, salvabitur. *Mat. 24, 13.* 4. trahi in amorem Dei & proximi; quis n. non diligeret Deum, cum ei notum sit, eum se antea dilexisse. 1. Ioh. 4. Diligamus Deum, quia ipse prior dilexit nos. *1. Ioh. 4, 19.* Hinc Bernh. Prior Deus dilexit nos, tantus tantum, & gratis: tantillos & tales. 5. pugnare, cum vexillum divini amoris super nos erigitur, contra carnem, mundum & Diabolum, Deus n. adiuvat pugnantes; allevat fessos, coronat vincētes. Apoc. 2. Vincenti dabo comedere de ligno vitæ, *Apoc. 27.* quæ est in medio paradisi Dei. 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi &c. 6. fugam dare, sed nescio quò nisi à Deo irato ad Deum placatum. Non fugiamus cum Cain *2. Pim. 4, 7.* à Dei conspectu nunquam revertentes, ipse n. & omnes impij conscientia saucia fugiunt, nemine persequente, & terrefiunt à sonitu folij volantis. *Gen. 4, 61.* *Prov. 28, 1.* *Levit. 26. 36*

Cum Deus itaq; suum amorem tanquam vexillum super nos erigit, eum ergo diligamus toto corde, totâ animâ, & ex omni fortitudine nostra *Deut. 6.* Hac n. amoris tesserâ discernuntur filij Dei à filijs hujus mundi, hi amant mundum, & *Deut. 6, 5.*

ejus

jus gloriam, illi charitate forti inflam-
nnati tàm ardenter amant Deum, cum
dit, & pungit, quàm cum lenit & un-
git.

O O Jesu Christe, vera radix Jsai, quæ
as in vexillum populorum, quam gen- *Es. 11. 10.*
es quærent Es 11. concede nobis amoris
i vexillum, ut bonâ conscientiâ dicere
ssimus cum *Petro*: Tu scis Domine,
od diligam te *Ioh.21,15.* *Ioh.21.15.*

Fulcite me in lagenis, roborate me in malis, quia ægra amore sum.) *Vers. 5.*

Legimus *Esth.8,3.* quomodo Esther ce- *Esth.8,3.*
dit ad pedes Regis Ahasveri quasi deli-
ium animi patiens, & fusis lacrymis
ecata est eum pro salute Judæorum, &
tendit Rex Esthræ sceptrum auri, &
rrexit, & gratiam invenit coram facie
us. Sic sponsa hîc divinam sentiens dul-
dinem in cella in ecstasin, quasi prola-
tur, dulci amore ebria in sinu Dei se-
ns, eum rogat, ut se fulciat lagenis &
ālis reficiat. Cognitione & donis S.S. ut
Theodoretus, seu consolationibus sacræ
ipturæ, cui cœlestis Asverus extem-
sceptrū gratiæ & misericordiæ porrigit,
amplectitur, ut est versu sequente.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Sic quævis anima petat; ô Domine Jesu, siquidem nemo potest aliud fundamentum ponere, præter id, quod positum est, fulci ergo, & robora me, quia casto & pio amore æstuo, & hic æstus non est morbi, sed ineffabilis desiderij, ut est *Psa.* *Ps.84,2.* 84,2. Concupivit & desideravit anima mea in salute tua, ac *Ps.73,25.26.* Quis mihi *Ps.73.25,26* in cœlo tecum, nolui esse in terra, deficit caro mea, & cor meum, rupes cordis mei, *Ps.69,10.* & pars mea Deus in seculum. *Et*: Zelus domus tuæ comedit me. Langueścit & inquieta est in nobis anima nostra, donec optata, vel quæsita reperiat, juxta dictum cujusdam patris: Feciśti me Domine ad te, & ideo inquietum est cor meum, donec quiescat in te. Hinc *Aug. Man.* *Dulciloq. L.1, C.1.* c.20. Anima amans cunctis renunciat affectionibus, & tota soli incumbit amori, in redhibendo amore, & cum tota se effuderit in amorem, quantum est ad illud fontis perenne profluvium. Et post pauca: Anima amans fertur votis, trahitur desiderijs, dissimulat merita, majesti oculos claudit. Amore anima secedit & excedit à corporeis sensibus, ut sese non sentiat, quæ Deum sentit. Hoc fit cum mens ineffabili Dei illecta dulcedine, quodammodo sese sibi furatur, imò ra-

pitur

uniqpitur atq; elabitur a seipsâ, ut Deo fruatur
[bsad jucunditatem.

(Amore langueo.)

V Vulnerata est sponsa dilecta, sagitta ele-
o sfecta, quæ est Christus *Es.49*, ille enim sagit- *Es.49, 2.*
uritarius, qui charitas est *1.Ioh.4,17.* & chari- *1. Ioh.4,17.*
e sitas est sagitta, quâ cor vulneratur, qui De-
o mum diligit, sagittam hanc in corde suo ha-
l.redbet, sagitta hæc languorem inducit, sed
ulsalutarem ac vitalem, quò quis plus amat
uoDeum, eò magis seipsum contemnit.
niHinc *Nyssenus*: O præclarum vulnus, ô
olulDulcis plaga, per quam vita ad interiora
onepenetrat, quasi per quoddam ostium, per
onshanc charitatis rimam homo futura gau-
s[sillia jam inspicit.

Sinistra ejus subter caput meum, Vers.6.
& dextra ejus amplexaretur me.)

dT *Theodoretus* per sinistram intelligit sup-
uicilicium, per dexteram beneficium. Vide-
o ruur convenire cum illo *Matt.25.* Cum *Matt.25,*
lird Christus dicet his, qui sunt à sinistris: Ite *41, 43.*
qui n suppliciũ & ignem æternum. Qui à de-
: sis tris: Venite benedicti patris mei &c, tũc
xob dextra Domini magnificabitur in forti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

dine, & franget inimicum. Sed potius hæc cum *Bernhardo l.de dilig.Deo* interpretabimur, qui per ſiniſtram intelligit memoriam & recordationem dilectionis Chriſti, per dexteram viſionem Dei, ſeu ejus potentiam.

in med.c.37 De *priori* ita loquitur Aug. Confugiat mens mea ſub umbrâ alarum tuarum, ab æſtibus cogitationum hujus ſeculi, ut in tui refrigerij temperamento abſconſa, lætabunda cantet & dicat: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Dormiat obſecro Domine mens mea, dormiat memoria ab omnibus malis, iniquitatem odiat, juſtitiam diligat. Quid dulcius, quàm inter multas amaritudines divinæ dulcedini inhiare, & æternæ beatitudini ſuſpirare, illic teneri mente, ubi vera habere gaudia.

Pſ.16,11. *Prov.3,17.* *Pſ.18,36.* De *poſteriore* ita loquitur *David*: Jucunditas in dexterâ tuâ perpetuò, *Prov.3.* Longitudo dierum in dextrâ ejus, & in ſiniſtrâ divitiæ & gloria *Pſal.18.* Dediſti mihi ſcutum ſalutis tuæ, & dextera tua fulciat me.

Pſ.48,11. *Serm 4. in vigil. nat.* *Pſal.48.* Juſtitia plena in dextrâ Dei. Hinc *Bernh.* Læva quidem levat, dextera ſuſcipit: læva medetur & juſtificat, dextera amplectitur, & beatificat: in læva ejus merita, in dextrâ ejus præmia continentur:

tur: in dextrâ inquam delitiæ, in ſiniſtrâ
medicinæ. Dextera igitur tua, & brachi-
um tuum, ô Domine, ſervabit nos *Pſ. 44,*
4. & Pſ. 16, 18. ait David: Poſui Dominum
meum coram me ſemper, quoniam à de-
xtris eſt mihi, igitur non timebo, propte-
rea lætatum eſt cor meum, & exultavit
gloria mea, i.e. lingua mea, ut *Pſ. 30, 13.* Si
ergo cadent à noſtro latere mille, & de-
cem millia à dextrâ noſtrâ, malum ta-
men ad nos non accedet, quia omni mo- *Pſ. 91, 7.*
mento manum Dei capiti noſtro ſuppo-
ſitam habemus, & ſi illa ſublata fuerit,
confeſtim Deum offendimus, & inimico
noſtro nos exhibemus, ad portas inferni
appropinquamus, & à Diabolo degluti-
mur. Dicamus ergo *Cum Davide*: A Do- *Pſ. 37, 23.*
mino greſſus hominis firmantur, & viam
ejus jus volet. Cum ceciderit, non protela-
bitur, quia Dominus ſuſtentat manum
jus. Unde *Auguſtinus ait*: Si pœnituero, *l. de dilig.*
arcis, ſi revertor me ſuſcipis, expectas *Deo c. 12.*
rpentem, amplecteris redeuntem, vo-
as errantem, doces ignorantem, mulces
hærentem. Cum cadimus, per nos ipſos
adimus, cum ſtamus, per Chriſtum ſta-
mus, nec ſtare poſſumus, niſi nos per ma- *Serm. 3. ſu-*
um teneat. *Hinc Bernh.* Væ mihi etjam *per cant.*
pœnitenti, ſi ſtatim ſubtraxerit manum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sine quâ nihil possum facere. Ne auferas ergo a nobis manum tuam, imò ne digitum tuum, digitus n. Dei est ipse Spiritus sanctus *Luc.11.* quamdiu hunc habemus, non timemus, quia in sinu Dei sedebamus. Hinc piè *Aug.* O homo, quid tibi times, qui in sinu Dei sedes, tu de illius sinu noli cadere, quicquid ibi passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciem.

Luc.11, 20.
Serm.6.de verb.Domini.

Sicut infans huc illuc q; discurrendo fatigatus, tandem sine morâ ad matris gremium currit, ubi benevolè excipitur, ideoq; in eo sibi maximam pollicetur securitatem: sic nos cum per varias mundi oblectamenta oberraverimus, tandem fatigati, quia in ijs non reperimus veram ac solidam requiem, itaq; currentes festinamus ad te, O Jesu, tanquam cervus sitiens ad fontes aquarum humillimè rogantes, ut nos gremio tuo excipias, in brachio tuo congreges, in sinu tuo portes, ubi in castissimos amplexus tuos ruamus. Johannes super pectus tuum in cœnâ recubuit: sic inter brachia tua, ô Domine Jesu fac nos semper dormire inter ubera tua commorari, ex quibus bibemus, unde semper vivemus. O adveniat regnum tuum, ac tempus illud exoptabi-

Psal.42,2.
Esai.40,11.
Ioh.21,20.

ptabile, ac verè aureum, in quo conjunx
tibi astabit ad dextram, in massâ auri O-
phir, & post eam tibi virgines ducentur
in lætitiâ, & exultatione, & ingredien- *Psal.45.10.*
tur palatium tuum. Hic versus uberius ex- *15.16.*
plicabitur capite octavo v.3.

(Adjuro vos filiæ Jerusalem per capreas vel cervos agri, si excitaveritis, vel si evigilare facitis hunc amorem usq; dum voluerit.) *Vers. 7.*

Legimus *Luc.10.* quomodo Christus invitatus à Marta, quæ distrahebatur circa frequens ministerium, sed Maria soror ejus sedebat ad pedes Jesu, audiens sermonem ejus, tum Martha hæc ad Christum detulit, dicens, Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me, ut sola ministrem. Dic ergo illi, ut me adjuvet, cui respondit: Martha, Martha solicita es, & tumultuaris circa multa, atqui unum est necessarium. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab illa: sic idem sponsus Christus hic juramento obstringit *filias Ierusalem* cœlestis illius nimirum, quæ sursum est Jerusalem libera, *Gal. 4.26.* quæ est mater omnium nostrum, ne animam, quam ipse vel ecstasi vel divino sopore, vel sancto otio ad se ra-

puit, excitent, quousq; jubente ipso Christo velit. A divinis n. eam temerè avocare nefas est, siquidem ipse optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ in æternum. Sancta anima sponsa Christi à cunctis mundi perturbationibus quiescere appetit, & in sinu sponsi sopitis terrenis cupiditatibus dormire sancto otio concupiscit: ita ut etiam necessaria colloquia aliquando fastidiat, soliusq; sponsi collocutione, quantò quietiùs, tantò serenius hilarescat. Sed hanc dormientem carnales qui sunt in Ecclesiâ, nonnunquā importunè excitant, negotijs mundi eam implicare desiderant, qui ejus vitam inutilem existimant, dum ab eorum curis eam se abstinentem considerant.

Talis filia Jerusalem fuit Petrus, qui ipsum Christum voluit à somno passionis suæ avocare, cum ait: *Propitius tibi sis Domine, nequaquam erit tibi hoc*; cui respondit: *Abi post me Sathana, obstāculo es mihi: quia non sapis ea, quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominis.* *Matth. 12, 22. 23.*

Christus adjurat *per capreas & cervos*, per quos intelligunt Bernh. & Theod. Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, sed vix stabit hæc interpretatio 1. Quia Christus ipse est cervus & caper, ut in hoc capite infra

infra videbimus. 2. Quia in ſacris literis (quod ego ſciam) non legitur, Deum juraſſe, niſi per ſeipſum; homines n. jurant, & ſe invicem obteſtantur per majorem. Deus autem cum neminem habet, per quem jurare poteſt, majorem, jurat per ſemetipſum Heb 6. Sic Eſ. 62. *Iuravit dominus in dextrâ ſuâ, & in brachio fortitudinis ſuæ.* Sic jurat per animam ſuam, i.e. per filium ſuum, ut interpretatur Phil. Niccol. Jer. 51, 14. Amos 6, 8. Ezech. 33. per ſeipſum jurat, dicens: *Vivo ego* Chriſtus Joh. 6. jurat: *Amen, Amen.* Per veritatem, ipſe n. eſt veritas. Hinc *Tertull.* O felices, quorum causâ Deus jurat, ô infelices, qui Deo juranti credere nolunt!

Heb. 6, 16, 17
Eſa. 62, 8,
lib. 1. de vit. æternâ c. 4.
Ioh. 6, 47,

Chriſtus vocat *ſponſam amorem ſuum*, quia eam medullitùs amat, ut Chryſoſt. Homo eſt chara poſſeſſio Dei, cujus causâ firmamentum, Sol, luna & aſtra &c. facta ſunt, propter quem angeli, & archangeli, principatus & poteſtates, ſedes & dominationes Cherubim & Seraphim, & quid multa loquar, propter quem unigenitus filius Dei ſanguinem fudit &c. Et Iſaias: *Deſinite vobis ab homine, cujus flatus in naſo ejus, neſcitis n. in quo reputatur ipſe.* O quā verè charos habuit, quos ita charè emit. Canamus ergò cum Moſe: *Numquid*

Chryſoſt. ſuper Matt. hom. 26.

Eſ. 2. 22.

Deut. 32, 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Domino retribuemus illud, ipse pater & acquisitor noster, ipse fecit & firmavit nos, custodivit nos ut pupillam oculi sui. Dormiamus igitur semper hunc contemplationis divinæ somnum in sinu Christi, quia ibi effluit tranquilla securitas, & secura requies. *dilectus, n. Iehovæ habitabit confidenter juxta illum, tegens illum tota die, & inter humeros ejus habitabit.* Deut. 33. Hinc Aug. Intereant brachia salvatoris mei & vivere volo, & mori cupio.

Deut. 33, 12. Man. c. 23.

(Vox amici mei, ecce hic venit.)

Vers. 8.

De hac suavissimâ Christi voce loquitur Psalmus 29. Vox Domini super aquas, vox Domini in potentiâ. vox Domini in decore, vox Domini confringens cedros, vox Domini succidens flammas ignis &c. *Sic vox amici auditur.* Matth. 9. *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Et 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, reficiam vos.* Sic Ioh. 7. *clamans dixit: Si quis sitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.*

Matt. 9, 14. 11, 28. Iohan. 7, 37. 38.

Cum audimus Deum in concione per suos ministros nos alloquentem, di-

camus

mancamus cum Samuele: Loquere Domine, quia audit servus tuus. *1. Sam. 3, 10.*

Venit n. horâ, in quâ omnes qui sunt in monumentis, audient vocem filij Dei, & procedent, qui huic voci antea obœdiverunt, in resurrectionem vitæ Ioh. 5. Imò omnes pij cotidiè hanc vocem magnam in interiore cordis sui aure audiunt & sentiunt: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitat cum eis Deus. In alterâ autem vita audiemus vocem magnam dicentem: Alleluja, salus, honor & virtus & gloria Domino Deo nostro, quia nuptiæ agni venerunt. Apoc. 19. *Ioh. 5, 39.* *Apoc. 21, 2.* *Apoc. 19, 6. 7.*

(*Ecce venit.*)

Nobis magis dignum fuit ad eum venire, sed caligabant oculi nostri, ipse vero lucem habitat inaccessibilem: nos jacentes paralytici in grabbato, divinam illam non poteramus attingere celsitudinem: propterea medicus animarum descendit ab altitudine suâ, & charitatem suam infirmis oculis temperavit, induit se laternâ quadam ait Bernh. Hoc pulchrè etiam declarat August. Deus amore venit in homines, factus est homo: Amore Deus invisibilis servis suis factus *1. Tim. 6, 16.* *Ser. 1. de advent Domini.* *Mun. c. 21.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Gal.4,4. factus est. De hoc Paulus: *In plenitudine temporis emisit Deus filium suum natum ex mulie-*
re, legi obnoxium, ut eos, qui erant sub lege, re-
1.Ioh.1,14. *dimeret.* 1. Joh. 1. *Verbum caro factum est, &*
habitavit in nobis. Nunc egressus est sponsus
Psal.19,6. *de thalamo suo* Ps. 19. *exivit à patre, & venit*
Ioh.16,28, *in mundum* Ioh.16. *non ut judicet mundum, sed*
Ioh.3,17. *ut mundus per ipsum salvetur* Ioh. 3.

Accedamus igitur ad Christum, tunc ipse utiq; nobis obviam fiet in medio itineris spatio.

Serm.9.de cœna Domini. Hoc pulchrè illustrat Bernh. Venit ad hominem, tum homo venit ad eum, venit homo credendo obœdiendo, intuendo, capiendo; ille venit ad hominem
Ps.24.9. subveniendo, illuminando, implendo. Elevemus igitur portas nostras, ut ingrediatur rex gloriæ. Reddamus superiori, reddamus inferiori, reddamus æquali, cuiq; quid debemus, sic rectè celebramus adventum Christi, parantes ei in justitiâ sedem suam. Bernh.

Serm. 3. de advent. Domini.

(Saliens super montes, subsaltans super colles.)

Per montes & colles intelligit Bernh. Patriarchas & Prophetas, transivit enim
Gen.22,18. Abraham, cui facta est hæc promissio: in
26,24. semine tuo benedicentur omnes gentes terræ

erræ Ad Jſaach, cum dixit: *Multiplicabo*
ſemen tuum, ab Iſaac, ad Jacob, qui ita de-
ſiderium ſuum erga Meſſiam declarat:
ſalutem tuam expectavi, ô Jehova. Et
Bileam ita de ejus ſaltu vaticinatur: *Video* Gen. 49, 18.
illum, ſed non modo, intueor illum, ſed non de Num. 24, 17.
prope, orietur ſtella ex Iacob, & ſurget ſceptrum
ex Iſraële. A Jacobo ſaliebat ad Moſen, cui
facta eſt hæc promiſſio: *Prophetam excita-* Deut. 18, 18.
bo in medio fratrum tuorum, ſicut tu, & ponam
verba mea in ore ejus, & loquetur eis omnia,
quæ præcepero illi. A Moſe ad Davidem: *Cum* 2. Sam. 7, 12.
impleti fuerint dies tui, & jacueris cum pa-
tribus, ſtatuam ſemen tuum poſt te, quod egre-
dietur è lumbis tuis, & firmabo ſolium ejus in ſe-
culum. A Davide tandem ſaltabat ad Ma-
riam matrem ſuam, quæ erat ex familiâ
David, ex quâ natus eſt, juxta vaticinium Eſai. 11, 1.
Iſ. 11. Egredietur virga de ſtirpe Iſai, & ſur-
culus de radicibus ejus creſcet. Et c. 7. Ec-
ce *virgo prægnans pariet filium, vocabis nomen* 7, 14.
ejus Immanuel. Per quos colles ſaltavit, vi-
de in linea Chriſti Matt. 1. quomodo hunc
primum ſaltum fecerit, declarat Pſalmus 18, Pſ. 18, 10.
6. Inclinavit cœlos, & deſcendit, & equi- 19, 6.
tavit ſuper Cherub, & volavit ſuper pen-
nas venti. Et 19. Et ipſe tuus ſponſus egre-
dietur de thalamo ſuo, & ut gigas exulta-
vit ad currendum viam.

(*Simi-*

Vers.9. (*Similis est amicus meus capreolo, vel hinnulo cervorum.*)

Caper has proprietates habet: 1. acutissimè cernit, & ideò dorcados nomine vocatur. 2. alta loca petit: 3. sanguis ejus frangit adamantem. Sic Christus 1. est verus caper, super quem Dei ira, & totius peccata mundi imposita sunt, acutissimè videt omnes afflictiones & cogitationes nostras, tàm bonas, quàm malas, & ideò dicitur καρδιογνώστης, renum & cordium scrutator: nemo enim potest se ita abscondere, ut non videatur ab eo, cujus oculi sunt sole clariores, licet aliquando cogitamus, Deum nostra mala aut non videre, aut non curare. Tales conferri possunt pueris, qui cum facies suas obtegunt in sinu matris, & siquidem illi neminem vident, sic etiam sperant, se à nemine videri, vel Sthrutioni avi cuidam magnæ, quæ cum à venatoribus invaditur, & sibi omnem spē præclusam esse sentit, collū suum frutici ingerit, & sic existimat totum suum corpus latere, & absconsum esse. Sic peccator dicit apud Syr. c. 23. Quis me videt, tenebris circumseptus sum, parietibus occultus, ne quisquam me videt, quid nam

Syr. 23, 25. seqq.

metu-

metuam? peccata mea non curat altissimus. Hic oculos hominum tantum- modò metuit, neq; intelligit, oculos omini infinitis partibus esse clariores lucis solis. 1. Sam. 15, ait Deus: Homo quæ præ oculis aspicit, Deus autem quæ in corde. *1. Sam 15, 16*

Ne ergo cogitemus, eum nostra peccata non videre, vel si videat, approbare, & nobiscum q.adintire, ut est Psalm. 50. Hæc fecisti, *Ps. 50, 21.* ego tacui, existimasti ergo, quod esm sicut tu, arguam te, & ordinabo in oculis tuis, intelligite hoc oblivioni Dei, forte rapiam, & non erit eruens.

2. Licet hic verus caper erat humilis & abjectissimus in his terris, non habens ubi reclinet caput suum: tamen ubi venit plenitudo temporis, ascendit su- *Matt. 8, 20.* per omnes cœlos, & exaltatus est dextram patris in cœlestibus, supra dominationes. & principatus, supra Cherubin & Seraphin, & accepit nomen, quod est supra omne nomen Phil. 2. Trahe igi- *Phi. 2, 9.* nos ad te, ut maneamus in te, & videmus gloriam, quam habebimus per

3. Sanguis Jesu Christi, veri capri obti in ara crucis pro peccatis mundi, corda

corda noſtra ſaxea & adamantina frangit & molleſcit vera pœnitentiâ, ut planè ſint carnea vel ſpiritualia, de quo Ezech. 11. *Dabo eis cor unum & ſpiritum unum in interiori eorum, & removebo cor lapidis de carne eorum, & dabo eis cor carneum.* Et c. 36. *Spargā ſuper vos aquas multas, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & dabo vobis cor novum, & ſpiritū novū in interiori veſtro, & amovebo cor lapidis de carne veſtrâ, & dabo cor carneum, & ſpiritum meum dabo in interiore veſtro, & eritis mihi in populum, ego ero vobis in Deum.*

Ezech. 11. 19

36, 25. 26.

Chriſtus eſt ſimilis hinnulo cervorum. Sicut cervi naturæ inſtinctu ſciunt, in quibus cavernis ſerpentes latitēt, illis igitur incumbunt, & vehementiſſimè ſuſpirant, & hoc narium ſpiritu eliciunt eos, quibus invitè extractis pedibus conculcant, & in fruſta lacerant, aut prorſus devorant, tali eſu fiunt ſitibundi, & feſtinanter currunt ad aquas. Hinc Pſ. 42. *Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum &c.* Sic Chriſtus venit in hunc mundum ut pugnam iniret cum antiquo ſerpente Diabolo, ut opera ejus deſtrueret, & per ſpiritum oris ſui ejus debellaret potentiam. Semen enim mulieris conteret caput ſerpentis. Unde Oſ. 13. *O mors ero mors tua, ô inferne ero tuus aculeus.*

Pſal. 42, 2.

Gen. 3, 15.

Oſ. 13, 14.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Ex hac pugnâ cum irâ Dei, morte æternâ, inferno & Diabolo fatigata est cerva matutina Pſ.22. Jeſus Chriſtus, adò ut ſudaret ſanguineas guttas, cum luctaretur cum morte, & clamaret: Triſtis eſt anima mea usq; ad mortem, ac mi Deus, mi Deus; cur dereliquiſti me, imò ſitiundus in cruce expiravit. *Laus igitur ſempiterna Deo, qui dedit nobis victoriam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Pſ.22,1. 1.Cor.15,57.

Ecce ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens è feneſtris, & proſpiciens è cancellis.)

Per vocem ſtandi indicat ſponſa promptitudinem ejus ad auxiliū nobis ferendū. Stephanus protomartyr vidit cœlum apertum, & Chriſtum ſtantem à dextris Dei. Sic Joſua elevavit oculos ſuos ac vidit, & ecce vir ſtabat contra eum, & ait illi: Ex noſtris es, an ex adverſarijs noſtris? reſpondit: Non, ſed ſum princeps exercitus Jehovæ, nunc veni. Unde David: non dormit, neq; dormitat qui cuſtodit Iſrael. Item: *Montes ſunt circa Ieruſalem, & Dominus circa populum ſuum, à nunc & in ſeculū.* Et Deus ipſe: *Caſtrametabor domui meæ propter exercitu, à tranſeunte, & redeūte, nō tranſibit ultra eos ultra exactor, quia nunc vidi oculis meis.* Act.7,55. Ioſ.5,13.14. Pſ.121,4. Pſ.126,2. Zach.9,8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Stetit ergo Christus semper per divini-
tatis potentiam, licet per carnis infirmi-
tatem occubuit. Bernh.

Serm. 56. in cant.

(*Post parietem stabat.*)

Cum humanis membris, & mortali
corpore intermedio divinitatem suam
humanis oculis subtrahebat: per fene-
stras tamen & cancellos eam nonnunquã
Ioh. 2 9. ostendebat, & clarissimis miraculis se sc
verum esse Deum demonstrabat, ut Joh.
2. Cum verteret aquam in vinum, tuno
crediderunt in eum discipuli ejus. Hanc
l. 2. c. 2. de visitat. inf. Serm. 56. in cant. interpretationem comprobat Aug, cum
ait: Paries est humanitas Christi. Et Bernh
Caro Christi paries est, & appropiatio
sponsi verbi incarnatio est. Christus enim
venit affectu, & studio miserendi; acce
erat subveniendi Zelo, appropiat humi-
liando seipsum, adest præsentibus, proq
spicit in futuros, loquitur docens, &
Ser, 57. in cant. dens de regno Dei. Idem.

Per fenestras intelligimus cum Bernh
& Theodor. sensus humanos, per quinq
sensus n. tanquam per fenestras in ani
mam influunt, atq; ex illis vicissim effl
unt tam bona, quam mala. Quare Je
cap. 9. 21. rem. ait: Ascendit mors per fenestra

non

nostras, intravit in palatia nostra. Psellus intelligit per fenestras & cancellos oracula Prophetarum, nam ante verbi incarnationem multifariam locutus est Deus nobis obscurè, quasi in oraculis per Prophetas, novissimè autem per filium. Ezechias cum læthaliter ægrotaret, ad eum venit Esaias & dixit: Præpara domum tuam, morieris, & non vives: ipse autem flens vertebat se ad parietem, & orabat. Es. 38. Ita cum Diabolus venit ad nostram sauciam conscientiam, dicens: Morieris perpetuò, quia in Deum peccasti, sic ei respondeamus: *Non moriar, sed vivam, & opera Domini narrabo*, & vertamus nos ad parietem Jesu Christi sc: humanitatem fusis lacrymis. Sic in in eâ inveniemus cataplasma, quo sanemus conscientiam nostram, in ea enim respirabimus & vivemus, quia Deus orationem nostram audivit, ut Ezechiæ, & lacrymam nostram vidit v. 4.

Heb. 1, 1. 2.

Es. 38, 1. 2.

Ps. 118, 17.

Tres sunt inprimis fenestræ & cancelli, propter quas Deum videre non possumus. 1. est peccati, iniquitates enim nostræ divortium fecerunt inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

inter Deum & nos, & peccata noſtra abſconderunt faciem Dei à nobis. Non immeritò igitur ait Aug. peccata noſtra ſunt hoſtes noſtri. Item: peccatum eſt pater mortis, & omnium malorum cauſa. 2. Tentationis & probationis feneſtra, Chriſtus n. ſtat poſt parietem noſtrum, & reſpicit nos per hos probationis cancellos, cum cruce & calamitate premimur, vel cum in mediâ morte verſamur, Chriſtus ſemper adeſt nobis, licet eum propter feneſtram oppoſitam oculis noſtris non videmus, ipſe tamen videt nos, & afflictiones noſtras, *& viſcera ejus quaſi tumultuantur præ miſericordiâ ſuper nos.*

Eſ.59,2.

Ier.31,20.

De hoc exemplum inſigne habemus in D. Antonio, qui cum integrâ nocte tentaretur à Diabolo, qui ei nunc ut draco, nunc ut bos, nunc ut Leo, nunc hac, nunc illâ formâ apparuit, declinantibus autem tenebris victus diſceſſit Diabolus, tunc Antonius elevavit oculos ſuos, & vidit Chriſtum ſtantem à dextrâ ſuâ, cui ait: Ubi eras, ô bone Jeſu, ubi eras? Cui reſpondit Jeſus: Antoni, tecum fui, & vidi tentationem, & afflictionem tuam. Unde Pſ.91. *Cum ipſo ſum in angustiâ, eruam eũ & glorificabo eum.* 3. Infirmitatis noſtræ caligant n. oculi noſtri, ipſe v. inhabita lucem

Pſ.61,15.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

lucem inaccessibilē, ad solē igitur justitiæ in hac vita accedere non valemus. Quare Deus dixit Moisi: *Nemo potest videre faciem meam, & vivere.* Cum a. per mortem rumpitur fenestra infirmitatis nostræ, statim cum illo erimus. *Exod. 33. 20.*

(Locutus est amicus meus, & dixit mihi: Surge amica mea, formosa mea, & ito.) *Vers. 10.*

Fidelissimus noster amicus jubet sponsam i. e. omnem animam sibi desponsatam surgere, non à somno divinæ contemplationis: in illo n. dormire est initium & gustus vitæ æternæ: nec a somno naturæ, hunc enim in requiem hominis creavit Deus, sed à somno peccati & securitatis mundanæ, de quo Rom 13. Cum sciamus tempus, quod tempestivum sit, nos jam à somno expergisci &c. De hoc Es. 60. *Surge, illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Eph. 5. *Expergiscere, qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus.* *Rom. 13, 12.* *Es. 60. 1.* *Eph. 5, 14.*

Diogenes conspiciens adolescentem negligentius dormientem, baculo pungens eum cecinit carnem Homeri: Surge, ne quis, dum dormis, à tergo infixerit hastam. Sic caveamus, ne in cœno peccati *Laërt. lib. 6*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

dormiamus, & ita ansam Diabolo præbeamus, & nos sagitta seu hasta securitatis vel malæ conscientiæ transfodiat, & sauciat, *sed vigilemus, & oremus, tempus n. nescimus: ac stolas nostras custodiamus, ne nudi incedamus, superna quæramus, ubi Christus est, ad dextram patris Col. 3. ubi thesaurus noster, ibi erit & cor nostrum Matth. 6.*

Marc. 13, 33.
Col. 3, 1.
Matt. 6, 21.

Amicam vocat Christus, quia eam morte suâ redemit, & præ omnibus unam delegit. Formosam, quia lavata erat lavacro regenerationis & ornata donis Spiritus Sancti.

Non decet sponsam Christi stare, sed semper ire & progredi diligendo, credendo, & benè operando *de virtute in virtutem Ps. 84.* Stare enim in via Domini est retrogredi: quare *Bernh*: Minimi pro certo est bonus, qui melior esse non vult, & ubi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus, quandoquidem adeò blandè, amicè & fraternè ad cœnam nuptiarum agni Apoc. 19. vocamur, & invitamur. Surgamus itaq; , properemus, & nobis manus auxiliatrices porrigenti in media via occurramus, dicamusq; cum filio prodigo, quilibet pro se: *Surgam*

Ps. 84, 8.
Epist. 91.
Apoc. 19, 7.
Luc. 15, 18.

ibi,

ibo ad patrem meum, & dicam ei, pater pecca-
vi in cœlum & coram te, non amplius sum di-
gnus vocari filius tuus &c.

(*Nam ecce hyems transijt: ipse imber mutatus est, abijt.*) Vers. 11.

Sicut hyeme marcescunt, quæ æstate floruerunt, silet Musica avium, herbæ emoriuntur, germina pereunt, arbores foliis nudantur, & omnia tristitia apparent: Sic Christo patiente & moriente omnia fuerunt lugubria; ipse enim clamabat: *Tristis est anima mea usq; ad mortem.* Item: *Pater mi, si non potest fieri, ut transeat calix hic à me, nisi bibã illum, fiat voluntas tua* Matth. 26, 38. 39. *Matt. 26.* Et cum luctaretur cum morte, adeò ut sudaret sanguineas guttas, ac cum omnes clamarent: Crucifige, crucifige illum, cum gestasset spineam coronam, cum colaphis cecideretur, cum cruci affigeretur nudus, ac lanceâ transfoderetur, ac cum magnâ voce clamaret in cruce. *Mi Deus, mi Deus, cur dereliqui me.* *Matth. 27.* Matth. 27, 46. Verè hyems erat, cum omnis creatura compatiebatur Christo patiẽti: Sol obscurabatur terra

movebatur; petræ ſcindebantur; velum templi dividebatur, ſepulchra aperiebantur, ſolus miſer homo non compatiebatur, proquo ſolo CHRISTUS paſſus.. Hieron.

Super Matth.

Hoc bruma David vidit in ſpiritu, ubi ita in perſonâ Chriſti loquitur: *Ego vermis & non vir, opprobrium hominum, & contemtus populi, omnes videntes me ſubſannabant, emittebant labia, & movebant capita &c:*

Pſ.22,7.

Serm. de paſs. Domini.

Quare Bernh. O amanda, ô admiranda dignatio, Deus immenſæ glorię vermis contemtibilis fieri non deſpexit, frater noſter eſſe dignatus eſt! Fletus igitur deducite oculi mei, & liqueſce anima mea igne compaſſionis ſuper contritionem viri amabilis hujus.

Chriſto reſurgente à mortuis, tunc hyems tribulationis abijt, & imber lacrymæ receſſit, quando Angelus dixit mulieribus quærentibus viventem inter mortuos: Surrexit, & præivit vos in Galilæam; & cum venit ad diſcipulos ſuos foribus clauſis, ac ſalutavit eos, dicens: Pax vobis Joh.20. Hyems verè abijt, quia non ulterius bibet de torrente in viâ, ſed caput jam eſt exaltatum. *Anima ejus jam ſaturabitur ſcientiâ Eſ.53,11.*

Marc.16, 6.7.

Ioh.20,19.

Pſ.110,7.

Imbe

(*Imber mutatus est.*)

Sicut imber verno tempore semina
prosternit: sic lex & ira Dei homines ful-
minibus suis prosternunt *Deut.27. Maledi-*
ctus omnis, qui non facit omnia quæ scripta sunt Deut.27,26.
in libro legis & 32,v.22. Ignis accensus est infu- 32,23.
rore meo, & ardebit usq; ad voraginem inferi-
orem, & perdet terram ac productionem ejus,
& inflammabit fundamenta montium. Sic
hoc imbri prostrati sunt omnes, qui vi-
xerunt ante Christum incarnatum: Cum
ipse venit in mundum, tàm familiariter
cum omnibus est locutus, quasi labia e-
jus favum stillarent, *& quasi lac & mel esset*
sub linguâ ejus Cant.4. & licet non venit, ut Cant.4,11.
legem solveret, sed ut eam impleret, ta-
men spiritu contritis nunquam legem Matth.7,21.
proposuit, sed Evangelium, & quamvis 11,21.22.23.
aliquando peccatoribus apparuit, quasi
vellet eos cum corpore & anima in ipsum
infernum detrudere, ut Matth.7. & 11. & 23.
Tamen misericordia & gratia præcedunt faci-
em ejus semper, ac facit opus alienum, ut tandem
suum facere possit extrinsecus, videtur in-
dutus thorace iræ indignationis & justi-
tiæ, intrinsecus tamen est gratiæ & mise-
ricordiæ pallio indutus. De quo Ps.18,12. Ps,18,12.
ponet obscuritatem latibulum suum in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

circuitibus ejus, tegmen ejus tenebrosi-
tas aquarum, nubilus ætherum. Mutatus
ergo est imber peccati, iræ divinæ, legis
& tribulationis, imò planè abijt, & nun-
quam pluet amplius in terrâ nostra. Vo-
cat ergò tempus ante Christi adventum
hyemem & imbrem, verem tempus præ-
dicationis Christi, æstatem seculum quod
expectatur. Theodor.

Super cant. Vers. 12. *(Flores visi sunt in terrâ, tempus advenit.)*

Per hos flores intelligitur Christus, qui
Cant. 2, 1. est flos veræ consolationis, *rosa & lilium convallium, & virga de radice Iessæ*, imò vir-
Es. 11, 1. ga illa Aaronis: Sicut n ea floruit ac pro-
tulit gemmas & amygdalas Num. 17. Sic
Num. 17, 8. Christus postquam 40. horas in sepul-
cro dormivit, & è morte, quam perpe-
tuo absorbsit Es. 25. propriâ virtute resur-
Es. 25, 8. rexit, ac de angustiâ & judicio sublatus
53, 8. est Es. 53. tunc verè floruit, quia non ullu
tra moritur, mors in eum domination
nullam jam habet, & protulit nobis gemm
mam immortalitatis, & amygdalas æ
ternæ salutis. Lætabimur itaq;, *quia mor-*
1. Cor 15, 54. *absorpta est in victoriam 1. Cor. 15. Pretiosa igi-*
Ps. 48, 9. *tur est redemtio animæ nostræ* Psalm. 49. 8.
tempus cãtus advenit, sicut lætantur me
so

sores tempore messis quia messis est copi-
osa, de quo *Es.9. Lætabũtur coram te sicut læ-* *Ps. 9. v. 3.*
tãtur in messe, sicut exultant victores capta pra-
dà: Sic nos lætamur in resurrectione Chri-
sti, quia nobis facta est redemptio copio-
sa valde nimis: virgam enim humeri &
jugum oneris, & sceptrum exactoris no-
stri ipse Christus confregit & superacuit, *Esai. 9. 4.*
& bidest peccatum, legem & mortem. Di-
mittamus itaq; cum Davide Psal.30. *Vertisti* *Psal. 30. 12.*
planctum meum in chorum, soluisti Saccum
meum & accinxisti me lætitiâ, ut tibi canat
gloria mea, & non taceat, donec de spiritu me-
o vitam æternam Gal. 6. De qua messe Da- *Gal. 6.*
vid Psalm. 126. Qui seminant in la-
crymis, in exultatione metent, ibunt *Ps. 126. 5.*
flendo portantes semina sua, veniendo
venient cum lætitia portantes manipu-
los suos,

De hac etiam spirituali lætitia loqui-
tur *Esaias 61. Gaudendo gaudebo in* *Es. 61. 10.*
Domino & exultabit anima mea in
Deo meo. Et Psalm.66. Omnis ter- *Ps. 66. 4.*
ra cantate gloriam nominis ejus,
ponite gloriam laudem ejus:
vers. 4. *Omnis terra incur-*

vabi-

vabitur tibi & canat tibi ac nomini tuo
Pſ.95, 6. ſela. Et Pſ.95. Invitamur ad hunc cantum
Venite (inquit) adoremus & incurvemu
nos, genu flectamus ad facies Domini fa
ctoris noſtri, quia Deus noſter, & nos po
pulus paſcuæ ejus.

O *beatus populus, qui ſcit jubilationem*
Pſalm.89.

Pſ.89,16. Virga Aaronis floruit quidem una noo
cte ſed ſtatim aruit, nec ſua, ſed Dei vir
tute floruit: Chriſtus autem licet aruit in
ſepulchro, tamen florebat apud patrem
quia in filio eſt pater, & Chriſtus eſt ipſi
dextera Dei quæ ſemper floret & excel
Pſ.118.16. eſt, Pſ 118 Dextera Domini excelſa, dex
tera Domini facit virtutem. Tempus igi
tur noſtræ ſalutis advenit nobis in Chriſt
reſurrectione. *Hæc igitur eſt dies quam feci*
Dominus, lætemur & exultemus in ea v.24.

(Vox turturis audita eſt in terra
noſtra.)

Legimus Gen. 8. quomodo Noa emi
Gen.8,11. ſit columbam ex arca, circa veſperam u
experiretur an aquæ eſſent allevatæ ſupe
terram, quæ reverſa eſt cum folio olivæ i
ore ſuo. Unde Noa cognovit, quod terr
aruit & Deus eſſet placatus. Sic Chriſtu
eſt vera illa columba quam Cœleſtis No

emiſſima

ſim miſit circa veſperam hujus ſeculi, quia
xtremis temporibus manifeſtatus eſt
Chriſtus propter nos 1.Pet.1. (in quos ter- *1.Pet.1,20.*
ninni ætatum inciderunt 1.Cor.10. Omni- *1.Cor.10.11.*
m n. finis appropinquat 1.Pet.4 Et nunc *1.Pet.4,7.*
ſt noviſſima hora 1.Joh,2.) Ut diluvium *1.Joh.2,18.*
æ divinæ aboleret, qui venit ad nos ge-
ans in ore ſuo folium olivæ hoc eſt pœ-
itentiæ prædicationem, non enim venit
ſtos vocare ſed peccatores ad pœniten-
am Matth.9. & remiſſionem peccato-
im Luc.7. quia multum dilexiſti, remit- *Matt.9,14.*
ntur tibi peccata multa, ac pacem Joh. *Luc.7,47.*
pacem meam relinquo vobis, pacem *Ioha.14,27.*
meam do vobis, imo vitam æternam Jo- *Ioh.5,24.*
an.5. *Qui credit in me, in condemnationem*
m veniet, ſed tranſivit de morte ad vitam, in
ſuo filio placatus eſt æternus pater
latth.17, Hic eſt filius meus, in quo mihi
nè complacitum eſt, hūc audite. Hanc *Matt.17,5.*
irturis vocem audies Eſ.54,8. *In modico*
æ abſcondi faciem meam à te, ſed in miſeri-
rdiâ ſempiternâ miſertus ſum tui, & erit mi-
tanquam aquæ Noah, cui juravi, quod
juæ non ultra tranſirent ſuper terram,
tibi juravi, quod non iraſcar tibi, nec
cum contendam, nam montes recedēt,
colles nutabunt, miſericordia autem
ea à te non recedet, & fœdus pacis meæ
non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

non movebit se. Dixit miserator tuus Dominus. De hac turturis voce lege Gen. 9. à v. 11. usq; ad 18. & alibi multis in locis.

Vers. 13. (*Ficus protulit grossos suos, & vites uvæ minutæ dederunt odorem suum.*)

Per hanc ficum intelligitur primariò Christus, secundariò sponsa & omnes pij. Sicut n. Esaias curavit ulcus Regis Ezechiæ læthaliter ægrotantis massa ficuum,

2. Reg. 20, 7. & vixit: sic ulcera nostra spiritualia, quæ malè fætent in conspectu Dei, curat ficus hæc cum grossis suis, i.e. Christus cum merito passionis suæ & mortis & quamvis læthaliter ægrotamus, tamen vivemus, cum hoc cataplasma ulceri conscientiæ apponitur, quia Christi meritum est vera conscientiæ medicina, & animæ

Ps. 118, 17. ægræ electuarium, Quare *David*. *Non moriar, sed vivam, & opera Domini narrabo.* Per hanc ficum intelligitur sponsa, & omnes pij, qui faciunt fructus pœnitentiâ

Matt. 3, 8. 10 dignos Matt. 3. Si hos non faciunt, securis ad radicem arboris posita est, quæ arbor non fecit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Christus cum esuiret Matt. 21. accedit fici arborem, & cum

præt. 21. 19. nihil in eâ invenit, præter folia tunc maledixit eam, dicens: *Ex te fructus non na-*

sce-

cetur in æternum, & continuò arefacta est fi-
mus. Hæc ficus est homo, cujus æternam
salutem Christus esurit, & sitit Johan, 4. *Ioh. 4, 32.*
Hoc pereleganter declarat Emyssenus,
um ait: Esurit Dominus non ficum, sed
idem, neq; fructus arboris quærit, sed *in cap. 21.*
fructum corporis. Hæc n. ficus synnago- *Matth.*
ga est secus viam plantata, nullum trans-
euntibus fructum id est solatium præ-
at, folia enim habet, bene loquitur, sed
non facit ea quæ loquitur. Illi qui malè di-
cuntur, & in æternum fructum non red-
dunt, Scribæ sunt & Pharisæi, qui in salva-
toris nostri morte nimia invidia exarse-
runt. Quotidie Dominus arboribus infru-
ctuosis maledixit, & hominibus iniquis,
qui quotidie arefiunt & igni traduntur qui-
cumque maledicit, maledicit autem & per se
& per servos suos Si de hac re plura vis lege *in cap. 21,*
Chrysostomum. in cap. 21. Matth. & Aug. *Matth. &*
serm. 74. de temp. *Aug. ser. 74.*
de temp.

(*Vites dederunt odorem.*)

Hæc vitis Christus est, qui lavavit
vino vestimentum suum, & in
sanguine uvarum operimentum
eum: *Ipse enim est vitis fœcun-*

da &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Hoſ.10.1. Ioh.15,1. *da & frugifera, nos autem vitis vacua Hoſ.10. de quo Ioh.15.*

Ego ſum (ait Chriſtus) vitis vera, & pater meus agricola, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit &c.

Chriſtus dicitur vitis 1. propter debilitatem, vitis n. eſt arbor valdè debilis teſte Plinio: Sic Chriſtus in paſſione ſua Pſ.22.

Pſ.80.12. 128.v.3. Pſal.104.15. Eccl.24.24. Pſ.34,9. Secundo propter amplitudinem Pſ. 80. 3. propter fœcunditatem Pſ.128. 4. propter lætitiam Pſ.104. 5. propter fructus ſuavitatem Eccleſ:24.6. propter vini potentiam, infra cap.5. verſu.1. Hinc Emyſſenus Vitis enim vocatus eſt Chriſtus quia vinum fert omnia Evangeliorum verba, vinum ſunt non qualecunque ſed optimum, non de aliâ ſed de hac vite vindemiatum & expreſſum.

O Domine Jeſu, qui es vitis & ficus fœcundiſſima, dulcedinem igitur tuam & fructum tuum optimum, imo muſtum tuum, *quod lætificat Deum & homines, nunquam ceſſare facies Iud.9.* Sed illumines & convertas nos, vacuam vitem tuam, & ea am tibi implantes, & ex Ægypto peccatorum & ærumnarum in beatam requiem & veram patriam proficiſci facies Pſal.80.

Iud.9.11.13. Pſa.80.8. UU currat in odorem unguentorum tuorum & bonus odor vitæ ad nares ejus perveniat, &

guſtet, quam ſuavis ſit Dominus. Pſ. 34. 9.
Pſalm. 34.

Surge amica mea, formoſa mea & ito)

Hac iterata vocatione amoris ſui vehementiam prodit, Ante monuerat ſurgere ad operandum, nunc ad docendum, quia officium doctoris eſt bonum facere & docere, ut ait Bernh. Surge ergo, ait Sponſus, formoſa mea, de peccato, quod te deformem reddit ad Juſtitiam, de tumultu ſeculi huius ad conſcientiæ tranquillitatem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptibilitatem, de militiâ ad triumphum, de terrenis ad cœleſtia, *ne ſis quaſi Æthiops vel Pardus, qui pellem & maculas ſuas non mutant: ſed* ut cervus cornua malarum cogitationum, ut ſerpens pellem veteris Adami, ut aquila pennas ſuperbiæ deponas & ſic renovabitur Juventus tua, de Eph. 4. vid. ſupra v. 10. Ier. 13. 23. Eph. 4, 23. 24.

Columba mea in ciſſuris petræ, in abconditogradus &c.)

Perhanc petram Chriſtum intelligi- verſ. 14.
us, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia Matth. 16. Cum populus Iſraëliticus in Math. 16. 18.
ſerto ſiti grauiſsimâ premeretur, adeò, faucibus eius lingua adheſerit, tum Dei petram percutit Moiſes, ex qua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Exod.17, 6. aquæ dulcissimæ fluebant. *Hæc a. petra e-*
1. Cor.10.4. *rat Christus 1. Cor.10.* Hanc igitur & nos si-
ti spirituali pressi, omni orationum in-
stantia percutiamus, tunc revera ex ea spi-
ritualem aquam gratiæ ic: & misericordiæ
bibamus, de quo *Esai. 44. Effundam aquas*
Esai.44.3. *super sitientem, & flumina super aridam & e*
ac erit locus aridus in stagnum & sitis in scatu-
riginem aquarum.

3f, 7. In hac petra Christo sunt quinq; fissu-
ræ i.ē: 5. vulnera, quæ cum vidit & attrec-
ctavit Thomas incredulus, factus est cre-
Ioh.20.28. dens Joh.20. Sicut ex Petræ foramine in
deserto fluenta & flumina aquarum e-
Psal.77,26. fluebant Ps.77. Sic ex vulneribus Chri-
remissio peccatorum, justitia & æterm
salus nobis affluebant. *Quare Bernh. ait*
Super Cant. *prorsus copiosa redemptio, quia non gutta si-*
serm. 22. *unda sanguinis per 5. partes corporis Christi*
manavit Et Cassiodorus: adeo effica
est redemtio, ut sanguis effusus sufficia
ad totum mundum redimendum, &
cut diluvium salutare ad omnia pecca
abluenda. Et Bernhardus ait: Ego
Bernh. ser. denter quod ex me mihi deest, usu
61. in Cant. po mihi ex viscеribus Domini, cum m
sericordia affluant: nec desunt foram
na, per quæ effluant. Et per has rimas

lol

[illegible] iacet mihi ſugere mel de petra, oleum [illegible] ſaxo, & guſtare & videre quam ſuaſ[illegible] eſt Dominus. Advolemus itaq; in [illegible] nubilidum hunc à ſponſo nobis compara- *Ser.27.in Cant.*
[illegible] mum, & in vulnus lateris hiantis ac pa[illegible] ntis, ibi veram inveniamus requiem [illegible] mum ut caſtæ Eccleſiæ columbæ in ijs to[illegible] m ſalutis noſtræ ſpem collocemus, ad [illegible] æ ab accipitre diabolo infeſtati con[illegible] giamus, ac in ijs ſecurè deliteſcamus, [illegible] orum longitudinem, latitudinem, alti[illegible] dinem ac profunditatem admirantes, [illegible] dicentes cum Auguſt. Cum me pul- *Man.c.22.*
[illegible] aliqua turpis cogitatio, recurro ad [illegible] vulnera Chriſti: cum me premit caro [illegible] ea, recordatione vulnerum Domini [illegible] ei reſurgo.

[illegible] Cum diabolus mihi parat inſidias, [illegible] oggio ad viſcera miſericordiæ Domini [illegible] ei, & recedit à me.

[illegible] Si ardor libidinis moveat mem[illegible] a mea, recordatione vulnerum [illegible] omini noſtri filij DEI extin[illegible] itur, in omnibus adverſi[illegible] tibus non inveni tam efficax re-

efficax remedium, quam vulnera Chri-
sti, in illis dormio securus & quiesco in-
trepidus: *Idem testatur & Bernh. Quid tam*
efficax ad curanda conscientiæ vulnera, nec
non ad purgandam mentis aciem, quàm Chri-
sti vulnerum sedula meditatio, jam passer in-
venit sibi domum, & turturnidum, ubi
ponat pullos suos, altaria tua Domine Ze-
baoth: beati qui habitant in domo, & ni-
do hoc perpetuo, laudabunt te. Sub hac
Cedro & in umbra ramorum ejus habita-
bunt omnis avis, & omnis ala Ezech. 17.
In latere archæ ostium facere jussus est
Noah, per quod introirent animalia in di-
luvio non peritura: Sic in novi fœderis
arca Christo factum est ostium, si quis in
illud per fidem ingreditur, in iræ divinæ
diluvio nunquam peribit, sed vivet, ut est
Esai. 60. Filiæ tuæ de latere tuo surgent.

Serm. 62. super cant.

Ps. 84, 4. 5.

Ezec. 17, 23.

Esai. 60. 4.

Cum Moses stetit in foramine petræ
transivit gloria Dei ante illum, & vidit
posteriora ejus: sic cum sedemus in vul-
neribus Jesu Christi, non solum gloria
Dei ante nos transit, verum etiam com-
moratur in nobis: qui n. Deo adhæret, u-
nus cum eo Spiritus 1. Cor. 6. nec solum
Dei posteriora videmus (quæ etiam ha-
bent, quo oblectemur) sed Christi cor i-
trospicimus, quod sanè amore erga nos

1. Cor. 6, 17.

æstu-

ſuſq; æſtuat. Socrates optavit hominem habe-
re ſe fenestram in pectore, per quam homo
mo hominis cor introſpicere poterat. Hanc
fenestram noſter ſponſus habet, per quā
ejus videmus voluntatem. *Quare Bernh.* *Serm. 61.*
ita lætus exclamat: Clavus reſerans, & clavus *in cant.*
penetrans factus eſt mihi: ut videam voluntā-
tem Domini. Qui ergo in Chriſti vulne-
ribus quieſcere recuſant fide in hoc ſecu-
lo, ijs dicetur in ultimo die: Per vos, &
propter vos apertum eſt latus meum, nec
tamen introire voluiſtis. Aug. in Pſal. 31.
nunc dicetur eis abite igitur maledicti *Auguſt.*
&c. Matth. 25. tunc videbunt, quem *Matt. 25, 41.*
transfixerunt, & plangent omnes tribus *Zach. 12, 10.*
terræ. Zach. 12, 10.

(*In abſcondito gradus.*)

Per hunc abſconditum gradus inter-
pretatur Orgelitanus ſacram ſcripturam.
recipitur anima in cavernam ma-
teriæ, cum ſancta ex ſcripturarum con-
latione fovetur. Maneat ejus auctoritas
firma, ſed tamen per hunc abſconditum
intelligimus divinam protectionem, ut
Pſal. 27. Abſcondet me in tabernaculo *Pſ. 27, 5.*
ſo in die mala; abſcondet me in abſcon-
ito tentorij ſui, in petrâ exaltabit me.
61, 4. Fuiſti ſpes mihi, & turris fortitu- *61, 4.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

tudinis â facie inimici, habitabo in tabernaculo tuo in secula, sperabo in abscondito alarum tuarum. Et 17, 8. in umbra vo
17, 8. abscondito alarum tuarū abscondes me.

(Ostende mihi aspectum tuum, fac m audire vocem tuam, quia vox tu dulcis & aspectus tuus decorus.)

Hæc verba sunt sponsi ad sponsam, non contra, quod vult Pselllus. apud Th odoretum, quod probatur ex Hebræo tu
xtu מַרְאַיִךְ קוֹלֵךְ quod, sonat aspectus tu
us, & vox tua, ô fœmina. Per hunc aspe
Luc. 2, 17. 20. intelligit Gregor. Papa fidem: Ostende, sponsus, mihi aspectum tuum, ostende mihi fidem tuam ex factis tuis: fides quæ non concatenata & conjuncta est bonis operibus, est mortua, & non salvi ca. Luceat igitur sic lux tua coram hom
Matt. 5, 16. nibus, ut videant tua bona opera Matth
Qui n. dicit, se in Christum credere, & eo esse, debet esse sicut ille ambulavit, & ij
1. Ioh. 2. 6. ambulare 1. Joh. 2. Hinc Luth. Impos
Tom. 1 f. 522. le est fidem esse sine assiduis, multis & m gnis operibus. Et quamvis propterea n salvamur, neq; sunt ἁπλῶς ad salutem cessaria, tamen sunt signa monstrantia dem salvificam, & veræ Christianorū non Hinc Bernh. Quærant alij meritum,

inni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

invenire gratiam ſtudeamus. Recto fidei oculo, ô ſponſa, me alpice, ſic quaſi rapies cor meum, & me ad vota tua inflectes: fides n. eſt res omnipotens, cujus virtus inæſtimabilis eſt, & infinita. Luth. Crede ergò quæ non vides, quid n. aliud eſt fides, quàm credere quod non vides, & ſi hic vides tantum per ſpeculum in ænigmate. Hîc ergò eſt fides, ibi vides, hic ſpes, ibi res. Jam rationem reddit, cur ejus faciem vult videre, quia, ait, facies tua decora. Decora eſt fides tua, quia non jactas eam ſine bonis operibus, fidem tuam interiorē demonſtras, ac notam facis. Læta igitur eſt facies tua lavacro regenerationis ablu-ta, ac oleo lætitiæ delibuta, & hunc decorem non ex te, ſed ex divinitatis ſpeculo traxiſti, quia ſine me nihil potes facere Jo. 15. ſicut n. avis ſine aëre non volat, & delphinus ſine aquâ non natat: Ita nec tu, ô, ſponſa, pedē terrâ efferre poteſt, ſine mei adminiculo. Greg. Naz.

Ioh. 15. 5.

(*Fac me audire vocem tuam.*)

Hæc ſponſæ vox Orgelitano eſt oratio devota, oratio n. optimè ſonat in auribus Dei, ut Moſis Exod. 17. Ezechiæ Eſai. 37. & aliorum. *Dirigitur enim oratio pij hominis, ſicut incenſum in conſpectu* DEI

Exod. 17. 11. Eſ. 37, 16. 17

Pſ.141,2. Syr.35,21. *Pſalm.141. atq; nubes penetrat, atq; ad altiſſimum pervenit Syr. 35. nec vacua redibit, quia eſt clavis regni cœlorum, ipſa aſcendit & auxilium Dei rurſus ad nos deſcendit, cœlum eſt altum, & terra humilis, tamen Deus audit orantes. Aug.*

August.

(Vox tua dulcis.)

Dulcis eſt, quia Deo eſt ſacrificium, acgratum obſequium Angelis ſolatium oranti, ſubſidium animæ ſanctæ, præſidium Diabolo flagellum, ut Patres loquuntur. Propriè tamen loquendo non Dei, ſed orantis reſpectu dicitur dulcis: ſicut n. ſcriptura dicit, Deum triſtari, non tamen de ſuâ injuriâ, ſed de noſtrâ perditione, ſic lætari non de ſuo lucro, ſed de noſtrâ ſalute. Sic etiam oratio noſtra eſt Deo dulcis, non quia ea indiget, ipſe quidem bonorum noſtrorum non indiget Pſa. 16. & ſi eſurit, non dicet nobis, quia ejus eſt orbis & plenitudo ejus Pſ. 50. ſed quia nos ejus colloquii & miſerationis egemus.

Pſ.16,2. 50,12.

Verſ. 15. *(Prehendite nobis vulpes, vulpes parvas corrumpentes vineas.)*

Hæc verba ſunt ſponſi ad ſponſæ ſodales. Per has vulpes intelligunt Bernh. & Theod. hæreticos, ſed Calaguritanus &

Origo

Origenes Diabolos, quorum ſententias ſequamur. Sicut ergo 1. vulpes eſt animal callidiſſimum: Sic Diabolus antiquus ſerpens & vulpes eſt, callidior omni beſtia agri Gen. 3. qui protoplaſtas, & primam vineam in paradiſo plantatam aſtu ſuo aggreſſus, dicens: Non moriemini, ſi comederitis de fructu prohibito, ſed eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum v. 5. Sic ſperabat ſeducere Chriſtum Matth. 4. licet erat ei impoſſibile. Sic omnibus hominibus molitur inſidias ſtruere, & ideò ſe transformat in Angelum lucis 2. Cor. 11. & ſic naturam cujuſvis hominis diligenter attendit. Hinc Iſidorus ait: Diabolus cum quempiam decipere quærit, prius naturam uniuſcujuſq; intendit, inde ſe applicat, unde aptum homini ad peccandum inſpexerit. Idem teſtatur Leo Papa: Novit cui adhibeat æſtus cuiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui opponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ. Novit, quem mœrore conturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat, omnium diſcutit conſuetudinem, ventilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, ubi viderit quemq; ſtudioſius occupari.

Gen. 3, 1.

Mat. 4, 1. 2. 3

2. Cor. 11, 14.

l. 3. de ſummo bono c. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

2. Sicut vulpes est animal crudele, imi
primis circa aves domesticas: ita Diabo
lus est hostis noster crudelissimus, acer
mus ac truculentissimus, qui è cœlo de
Luc.10,18. scendit sicut fulgur Luc.10. habens ira
magnam, sciens, quod modicum tempu
habet, cupiens nos instar triticum cribr
re, ac conscientiæ, colaphos infringere
2. Cor. 12. 7. Cor.12. ac nos interimere, quia homicid
Ioh. 8,44. est ab initio Joh.8. Hinc Greg. Pugnat
meus malignus spiritus, qui vivente
quemq; accendit ad vitia, morientem
trahit ad tormenta.

3. Vulpes est animal gulosum, sic Di
bolus sitit corporis ac animæ interitu
1.Pet.5,8. Quare Petrus 1. epist. 5. ait eum circumi
tanquam leonem rugientem, ac quær
quem devoret. Ipse est, qui astat omnib
Apoc.12,4. spiritualiter Christum parientibus, ut e
deglutiat ac devoret Apoc.12. Induam
igitur armaturam Dei, ut possimus st
adversus assultus ejus Eph. 6. resistam
Eph.6,11. ei, & fugiet à nobis Jacob. 4. Hi
Iac.4,7. Bernh. Dæmonum est mala suggerer
nostrum est non consentire, quoties
resistimus, toties eos superamus, angel
glorificamus, Deum honoramus, o
visitat ut pugnemus: adjuvat ut viv

camus, consolidat ne deficiamus: in ferm_:

Vocatur vulpes parvula, non quod aliquando sit major, aliquando minor, semper n. est ejusdem magnitudinis respectu οὐσίας, sed non respectu ἐνέργειας seu objecti circa quod versatur: circa pios n. est inermis, ac imbecillis, reddunt n. eũ imbecillẽ credendo, orando, carnẽ domando, imo bonũ operando, pij primæ ejus suggestioni resistunt, ac principijs obstant. Circa impios autem est *fortis armatus Luc. 11. draco magnus Apo. Leo 1. Pe. 5, 8. balena & Leviathan Es. 27.* qui regit suos freno pravæ concupiscentiæ, ac malis moribus satiat. Hinc Jsidorus: Diabolus est serpens lubricus, cujus si capiti, i.e. primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis dum nõ sentitur, illabitur, tunc contra eum, quem possidet, acrius sævit, quando se divina virtute ab eo expellendum cognoscit. De his vide supra c. 1. v. 6.

Luc. 11, 21. 22.

Apoc. 12, 9. Esai. 27. 1: l. 3. de summo bono. c. 5

(Nam vineæ nostræ sunt uvas primas.)

Hîc rationem reddit, cur capiamus vulpes demolientes vineam Domini, id est Ecclesiam, quia jam dederunt uvas primas, id est, nunc ptidem est ad Christum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ſtum converſa, ac cœpit dare uvas pœnitentiæ, fidei ac bonorum operum. Vos itaq; concionatores ac piſcatores ſpirituales, projicite retia verbi Dei, ut capiatis animas à faucibus Diaboli, & eum expellatis ab Eccleſiæ vineâ, quæ jam recenter cœpit florere. Et quamvis Chriſtus eſt ſolus, qui Diabolum expugnat, ac vicit, & ſuam Eccleſiæ vineam *cuſtodit, rigat, viſitat* Eſ.27. *ac fodit, elapidat, plantat, & turrim in medio ejus ædificat, ac ex ea uvas expectat* Eſ.5, Eſ.5. tamen omnes pij quiſq; in ſuo ordine cum Jehova Zebaoth contra diabolum (quo ſeverum eſſe Chriſti militem demonſtret ac diaboli hoſtem) pugnet, Pſ.18.30. ac cum Davide dicat *Pſalm.18. In Domino percurram exercitum, in Deo meo tranſiliam murum.*

(*Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascit inter lilia.*) Verſ.16.

Legimus 1. Samuel. 18. quomodo anima Jonathan alligata erat cum anima 1.Sam.18.1. Davidis & dilexit eum Jonathan ſicut animam ſuam. Sic 2.Sam:1.dixit David: *angustijs afficiar propter te frater mi Ionathan, dulcis fuisti mihi valdè, mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum.* 2.Sam.1.26 Sic vult dicere Sponſa, amor verus & infucatus erat

inter

nter Jonathan & David, ſed minimè
conferri poteſt cum amoris veri vinculo
ndiſſolubili & ineffabili, quod eſt inter
me creaturam, & ſponſum meum creato-
rem, cujus amore langueo, cujus deſide-
rio æſtuo, ego eum unice amo, à quo a-
mor ſola, ille mihi uni placet præ omni-
bus quæ in cœlo & in terrâ ſunt, & ego il-
li unicè placere avidè concupiſco, ille mi-
hi ſoli ad thorum caſtum admittit, illi gi-
rur uni vacabo, ille mihi totum ſe tradi-
dit ego illi me totam cum corpore & ani-
ma committam, ille aperuit mihi totũ
murum cor in cruce: ego illi rurſus vera pœ-
nitentia cor meum amplio & expando, o-
mnia quæ ſunt in mundo cordis mei ſi-
num & cavitatem explere & extinguere
non poſſunt, quia cor meum non ſitit
mundum, ſed eum qui condidit mundũ:
omne aurum, argentum, omnis unio &
margarita mihi ſordent, ut te tanquam
unionem immarceſsibilem, & margari-
tam inæſtimabilem poſſideam, atq; tibi u-
nus & ſoli uniar & conjungar. Huic in-
terprætationi conſentit Theodoretus cũ
dicit: Sicut n. ipſe me omnibus prætulit,
ego ipſum omnibus antepono, cum a-
conjungi non patior &c. Bernh. etiam *Serm. 68.*
um calculum addit, cum ait: Ille mihi *in Cant.*

quia

quia benignus & misericors est: ego illi quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratia: ego illi gratiam pro gratia. Ille meæ liberationi: ego illius honori. Ille saluti meæ: ego illius voluntati. Ille mihi & non alteri, quia una sum columba ejus: ego illi & non alteri, quia non audio vocem alienorum, & non acquiesco dicentibus: Ecce hic Christus. Tali adamantino reciprocę dilectionis nodo vincti David & Christus erant, *quia ipse testatur, Davidem fuisse virum secundum cor Dei. 1 Sam.* 13. *Et rursus David de Deo ait Psalm. 73. Quis mihi in cœlo tecum, nolui in terra cum te habeam, non curo cœlum & terram. & Vers. 28. mihi Deo adhærere bonum est. Hoc vero charitatis glutino conjuncti erant Christus & Paulus: Christus enim dicit de eo: est mihi vas electum Act. 9. Et Paulus de Christo Phil. 3. Quæ erant mihi lucra, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse. Omnia habeo pro rejectamentis, ut Christum lucri faciam &c.* Sic quivis verè Christianus dicere potest: amicus meus mihi & ego illi, licet antea infinitis modis Deum offenderat, cum jam sit cum ipso per fidem reconciliatus, & quamvis finitus homo & maledictus peccator, cum infinito & æterno Deo nullam proportionem habeat: tamè

1 Sam. 13. 14
Psal. 73. 25.
Actor. 9. 15.
Phil. 3, 7.

amen glutino charitatis & vinculo ſpi-
itus conjuncti ſunt; amore ergo morta- 1.Cor.6.17.
s & æternus finitus & infinitus male-
dictus & benedictus, creatura & creator,
peccator & juſtus, uniti ſunt. De quo
Bernh. Homo & Deus quia unius non
ſunt ſubſtantiæ vel naturæ, unum qui- Serm. 71.
em dici non poſſunt: unus tamen ſpi- in Cant.
itus certa & abſoluta veritate dicuntur,
ſibi glutino amoris inhærent. Quare
eus dicit *Prov. 8. Delicię meæ ſunt* Prov. 8, 31.
um hominibus in æternum. Ac Paulus
Rom. 8. Quis ſeparabit nos à charitate Rom. 8, 35.
Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu &c. Et
David *Pſ. 16. Dominus pars hæreditatis* Pſalm. 16, 5.
meæ & calicis mei, tu ſuſtentas ſortem
meam. Sic Deus dixit tribui Levi:
non erit tibi portio vel hæreditas cum
ratribus tuis, Jehova enim eſt hære-
ditas tua Deut. 10 & 18. *Et nos tamen* Deut. 10, 9.
populus ac hæreditas ejus Joel. 2. *de his* & 18. 2.
plura infra c. 6. 2. Joë. 2. 17.

Per lilia intelliguntur caſtæ animæ,
quæ munditiei candorem retinent. Hæc
lia paſcit ſponſus, qui eſt lilium conval-
lium & bonus paſtor, *qui animam*
ſuam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Ioh. 10. 12. *ſuam dat pro ovibus ſuis Ioh. 10.* Hinc Bernh.
Serm. 31. in Cant. Verè bonus eſt paſtor, qui dat carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, Deitatem in fruitionis æternæ præmium: ipſe paſtor, ipſe paſcua, ipſe redemtio.

(Donec ſpirabit ipſe dies, & fugerint iſtæ umbræ.)

In hiſce lilijs ſponſus commoratur, & delitiatur, donec umbra legis, tribulationis, erroris ac noctis hujus ſeculi diſcuſſa fuerit, & dies æternitatis ac æternæ claritatis *aurora prodeat, uſq; quo dies illuceſcat, &*
2. Pet. 1. 9. *lucifer oriatur in cordibus noſtris 2. Pet. 1. Nunc videmus per ſpeculum in ænigmate, tum autem*
2. Cor 13, 12. *facie ad faciem. 1. Cor. 13. Et quamvis nunc filij*
1. Ioh. 3, 2. *Dei ſumus 1. Ioh. 3. & ſpe ſalvi Rom. 8. & regnum*
Rom. 8, 24. *Dei habeamus intra nos Luc. 17.* ac quaſi labi-
Luc. 17, 21. is primoribus guſtum vitæ æternæ ſentimus in hac vita, cum piè & devotè verbum Dei meditamur, legimus, vel audimus, vel oramus, vel pœnitentiam agimus ſinceram, tamen alterius vitæ inſtantis ſc: reſpectu hæc omnia ſunt tanquam umbræ & ideæ, quia cum dies æternus aſpiret, *ac Dominus erit nobis in lucem ſeculi ac Deus in gloriam noſtram, cum ſol noſter non*
Eſ. 60. 20. *ultra occidet, & luna non caligetur Eſai. 60.*

Cum

Cum una ſtella lætior ac pulchrior erit hoc to-
o mundo, cum lux lunæ erit, ſicut lux ſolis, &
ux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem di-
rum Eſ. 30. Cum in juſtitia videbimus faciem
Dei, ac ſatiabimur cum evigilaverimus ad ima- Pſ. 17. 15.
inem Domini Pſ. 17. Cum inebriabimur ab u-
ertate domus Dei, ac torrente voluptatis pota-
imur Pſ. 36. tunc revera dicere poſſumus cum
etro Matth. 17. Faciamus hic tabernacula &
ntoria hic figamus, quia melior eſt dies una in
rijs tuis ſuper millia Pſ. 84. Et cum Davide ex
ſal. 26. Domine dilexi habitaculum domus tuæ,
locum tabernaculi gloriæ tuæ. Et. 69. Zelus
omus tuæ comedit me, ac cum Ioh. in Apocal,
Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &
abitat cum nobis Deus.

Cum dies illa aſpiret, tunc Adam non
rietur ultra ad vocem Dei, Abraham
non exul erit, Iſaac non cœcus, Jacob nō
ibus audicabit, Joſeph non incarcerabitur,
ſelio oiſes non balbutiēt, Maria & Naaman
non erunt leproſi, David lacrymis
non lectum humectet, & Lazarus
n ultra morietur, ſed animæ eorum erunt
tæ à morte, oculi à lacrymis, pedes à lapſu,
ſol ſuper eos non cadet, neq; æſtus, ſed agnus
ducet eos ad fontes vivos aquarum, & ab-
rſurus eſt omnem lacrymam ab oculis eorum
Apoc. 7.

Pſa. 84. 11. Pſa. 26. 6. 69, 10. Apoc. 21. 3. Pſal. 116, 8. Apo. 7, 16. 17

(*Revertere, ſimilis eſto dilecte mi cā-*
Verſ.17. *preolo, vel hinnulo cervorum ſuper*
montes Bether.)

Hæc verba ſunt Eccleſiæ anhælantis
& ſuſpirijs maximis affectantis ſupernam
patriam. Mens itaq; verborum hæc eſt
quaſi ſponſa diceret: O Domine Jeſu
promiſiſti mihi per angelos in monte
livarum, te rediturum in ultimo die, ſi
Act.1.v.11. cut te aſcendentem in cœlum vidi, pro
miſſa tua adimple, ſume ergo me de
gaſtulo hujus mundi, de carcere tribul
tionum, ut videam gloriæ tuæ thalamū
& locum quem præparaſti mihi, amo
ſum impatiens, *quia mihi teipſum deſponſa*
miſericordiâ, miſeratione ac fide Oſ.2. Deſid
Oſe.2.19. rio itaq; tui teneor, amore tui incaleſco
quando venient dies nuptiarum, ut in
lætetur cor meum, ac dicatur mihi: *Et*
maritus tuus Iehova Zebaoth, Salvator tui
Eſ.54.5. *ſanctus in Iſraël* Eſ.54. quod te adeo ſitio
Apoc.22.12. eſurio, inde fit, quia dixiſti Apoc.22. *Ec*
17.20. *venio cito, & merces mea mecum eſt. Ora*
Ieſſæ & Stella matutina ego ſponſa tua dico,
ni, & omnis anima pia mecum orat veni. Am
etiam veni domine Ieſu, ac noli tardare, tui
es dorcas & capreolus, qui cordis mi
ſuſpiria vides, anxium animæ meæ de

d

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

derium spectas, tu igitur ut hinnulus ser-
orum (culpam dissimulando transilias
& pœnam miserando respicias) curre,
curre citò ad auxiliandum me, trahe me
ad te, quia nihil creatum mihi sufficere
potest, etiamsi cum cœlo terran posi-
derem, nec tamen satiari potest cupidi-
as mea, donec te habeam, cujus imago
um, tu solus potes implere angulum cu-
ioditatis meæ. Hinc Aug. Deus verax pe-
o accipiam quod promittis, ut gaudium
neum sit plenum, meditetur inde inte-
mim mens mea, loquatur inde lingua
nea, amet illud cor meum, sermocine-
ur os meum, esuriat illud anima mea,
liat caro mea, desideret illud tota mea
ubstantia, donec intrem in gaudium do-
ini mei, ibi permansurus per secula A-
men. Plura vide infra cap. 8, 14. hæc de se-
undo capite.

Bernh. ser. 73. in Cant.

Bernh. de verbis sapientiæ. In man. circa finem cap. 36.

CAPUT III.

Super cubili meo in Noctibus quæsivi, quem dilexit anima mea, quæsivi eum & non inveni eum.) Vers. 1.

Sponſa nunc ex ſomno ſecuritatis evigilans incipit quærere Chriſtum (quem ſomniaverat ſe amplexam fuiſſe, & oſculis sibi libaſſe.) In lectulo voluptatis, nocte tenebroſitatis ac ignorantiæ, & ideo eũ non invenit, quia lux & tenebræ, dies & nox, juſtitia, & injuſtitia, Chriſtus & Belial, nihil commune habent, nec Chriſtus thalamo voluptatis, ſecuritatis & tenebroſitatis, nec fœdo concupiſcentiæ lectulo delectatur, ſi millies invitaretur, *quia hæc omnia dividunt inter nos & Deum noſtrum Eſa. 53*, Hanc interpretationem approbat Bernh. cum ait. Sponſa quærit ſponſum per noctem, id eſt in tenebris ignorantiæ penè totus mundus nox eſt.

Eſ. 53. 2.
Serm. 75. in Cant.

Vere tenebroſa nox eſt totus mundus Chriſto abſente, præſente autem lux & dies, de quo *Ioh. 8. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

Ioh. 8, 12.

Qui ergo vult Chriſtum quærendo invenire, & inveniendo poſſidere, & poſſidendo frui, neceſſe eſt ut ſurgat de lecto cupiditatis, de ſomno peccati, ac operis lucis ſectetur. Quare *1. Theſ. 5.* ait Paulus *omnes vos filij lucis & filij diei, non ſumus noctis neq; tenebrarum, non igitur dormiamus ſi-*

1. Th. 5, 5 & 6

ut reliqui, sed vigilemus & sobrij simus, &
surgamus a mortuis, ut illucescat nobis Christus
Eph. 5. Et Rom. 13. Nox præcessit & dies appro- Ephes. 5. 14.
pinquat, abijciamus igitur opera tenebrarum Rom. 13, 12.
& induamus arma lucis, sicut in die decenter
ambulemus.

Gillebertus abbas ait: noctu Christum *Serm. 1.*
quærere est per speculum in ænigmate. *in Cant.*
Et Rupertus ait: dilectum quærimus in
speculo, quando præsentis vitæ aliquan-
tula requie redemptoris nostri desiderio
suspiramus, per noctem quærimus, quia
etsi jam mens in illum vigilat, tamen ad-
huc oculus caligat. Sed qui dilectum su-
um non invenit, restat, ut surgat. Sponsus
hic quæritur & non invenitur, ceusa est,
quia ipse toties ante peccatores ad se vo-
cavit per verbi sui ministros, ut est Esaiæ
50. Sed cum illi venire recusarunt, tunc Esai. 50. v. 2.
ipse meritò & justè, cum ipsi clamant,
rursus faciem suam abscondit, de quo
Ioha. 9. peccatores scilicet impœniten-
tes Deus non exaudit. Et in proverb. c. 1, Ioh. 9. 31.
propterea quidem vocavi, & renuistis Prov. c. 1, v.
venire, extendi manum meam, & non 24, 28.
fuit, qui apprehenderet, & cessare feci-
stis omne consilium meum, & increpa-
tionem meam noluistis, ego etiam in-

contritione vestrâ ridebo, subsannabo, cum venerit timor vester. Tunc invocabunt me, & non exaudiam, mane me quærent, & non invenient me &c. Jer.

Jer. 2. v. 27. *2. quia verterunt ad me cervicem, & non faciem. In tempore mali sui dicent mihi: Surge, & serva nos. Et ego respondebo: ubi Dij tui, quos fecisti tibi, surgant nunc, & liberent te in tempore mali tui.*

Deos nostros vocat omne quod præter & non propter unum verum Deum amamus. *Et Esaiæ 57. cum clamas, liberent te congregationes tuæ. Et Ieremiæ 15. tu dereliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abijsti, ideò corrumpam te, lassus sum pœnitere.*

Esa. 57. v. 13.

Ierem. 15. 6.

(*Surgam nunc, & circumibo civitatem:*

Vers. 2. *per plateas & per vicos quæram, quem amat anima mea, quæsivi eum, & non inveni eum.*)

Surgam ait, ad majorem amorem, & charitatem perfectiorem, circumibo civitatem, id est, totam Ecclesiam, per vicos, id est, Angelos, per plateas homines ut interpretatur Gregorius Papa. Et cum eo coasentit Psellus, quia ut per pla-

Sponsa.

iteas intelligit cœtum Angelorum, ſpera-
bat ſe illum in Angelis aſſecuturam. Sed
potius videtur intelligi ſacram Scriptu-
ram, in eâ enim debemus quærere Chri-
ſtum abſentem, ut nobis fiat præſens. Un-
de *Ioh.5. Scrutamini ſcripturas, in ijs enim ha-*
betis vitam æternam, & hæc eſt in filio: qui ha-
bet filium, habet vitam æternam 1. Iohan. 5.
Debemus cum Sponſa nunc ſurgere, &
Eccleſiæ civitatem obambulare, ac per
Evangelij vicos & plateas Chriſtum ho-
die quærere, non in craſtinum diem ex-
pectare; nam ut loquitur Auguſt. Hæc
vox, corvina, cras, cras, multos decepit,
quibus clauditur oſtium, & foris mane-
unt: quare David *Pſalm. 95. Si hodiè vo-*
cem ejus audieritis, ne obduretis corda veſtra,
ſicut in Meriba, ſicut in die Maſſa, in deſerto
&c. Imò adhortatur nos Deus, ut maturè eum
quæramus Eſaiæ 55. Quærite Dominum,
dum inveniri poteſt, invocate eum, dum pro-
ximè eſt: Derelinquat impius viam ſuam, & vir
iniquus cogitationes ſuas iniquas, & revertatur ad
Dominum, & miſerebitur ejus, & ad Deum
noſtrum, quia multiplicabit miſericordiam
ſuam. Et Oſeæ 5. Eccleſiaſt. 5. quærant
faciē meam in tribulatione eorum, mane quæ-
rant me. Quomodo quæramus Chriſtum, ut
inveniamus, docet Moſes Deuter. 4. quæres

Ioh.5,39.
1.Ioh.5,11,12.
Pſal.65.v.8.
Eſai.55. v.6.
Oſeæ.5.15.
Eccl.5.4.etc
Deut.4.29.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Dominum Deum tuum, & invenies eum, cum quæsieris eum toto corde, & totâ animâ. Idem Bernh. serm. 74. in cantic: quoties elabitur, toties repetetur à me, nec cessabo clamare post tergum abeuntis ardenti desiderio cordis, ut redeat, & reddat mihi lætitiam salutaris sui: reddat mihi seipsum. Et hoc oro ut non vacuus veniat sed plenus gratiæ & veritatis.

Bernhard. serm. 74.

Quæsivi, ait, & non inveni Causam ponit Hos. cap. 5. vers. 6. quare quærentes non inveniant, cum ait: *ibant ad quærendum Dominum, & non invenient: quia subtraxit se ab illis; quare Deus ipse ait Isaiæ 54. v. 7. in momento parvo reliqui te, sed in miserationibus magnis congregabo te, in modico iræ abscondi faciem meam, & in momento à te sed in misericordiâ sempiternâ misertus sum tui. Deus ergò auxilium suum non tollet, sed differt saltem: Dicamus cum Jeremiâ Thren. 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea exspectaboeum bonus Dominus expectantibus eum, & animæ qnærenti eum. Statim veniet ad palatium suum (quod nos sumus?) dominator, quem quærimus, & Angelus*

Hos. 5. v. 6.

Esai. 54. v. 7

Thr. 3. 24, 25.

fœde

æderis, quem volumus Malach. 3. v. 1. Mala. 3. v. 1.

Nunquam igitur Deus derelinquet quærentes se Psal. 9. Sedgandeant & lætenter omnes quærentes eum Psa. 70. Ps. 9. v. 11. Psa. 70. 5.

Invenerunt me custodes, qui circumierunt per civitatem: quem amat anima mea, vidistis?) Vers. 3.

Per hos custodes intelligit Theodoretus Angelos, sed Orgelitanus sapientes hujus seculi, alij Doctores Ecclesiæ, quod magis consentaneum videtur, hi enim civitatem, i. e. Ecclesiam circumiverunt docendo ac prædicando verbum Dei, & Sacramenta administando, quare dicuntur vigiles seu speculatores Jsaiæ 56. Ezech. 33. Esa. 56. v. 10. Eze. 33. v. 7. a quibus nullum solatium reportavit, erant enim canes muti, non valentes latrare Js. Esa. 56. v. 10. sup. 6. quare videbatur quasi à Deo derelicta, & in barathrum iræ divinæ demersa: potest igitur meritò cum Davide ejulare Ps. 13. v. 1. *Psalm. 13. quousq; Domine oblivisceris me in finem, usquequo avertis faciem tuam à me &c. Et Ps. 22. Deus meus, clamabo interdiu, & non respondes mihi, & nocte, & nō est silentium mihi. Et Ps. 85.* Psal. 22. 3. Ps. 85. v. 6.

num

num quid in seculum exacerbaberis in me? protrahes iram tuam in generationem & generationem, nonne tu conversus vivificabis me, &c. Usque quò clamabo, Domine, & non exaudies? vociferabo ad te, & non salvabis, Hab.1.v.2. *Habacuc 1. quàm diu clamabo in auribus tuis voce magnâ, & non exaudies me?* Ezech.8,18. Thren.3.8. v.44. *Ezech. 8. cum clamabam, & vociferabam, obstruxit orationem meam Thren. 3. operuit se in nube, ne oratio transcendat. Væ mihi nunc, quia addidit Dominus mœrorem super dolorem meum, laboravi in gemitu meo, &* Ier. 45. v. 3. *requiem non inveni Jerem. 45. ideo cessavit gaudium cordis mei,* Thre.5. v. 15. *versus est in luctum chorus meus. Thren. 5.* Ioh.16.v.16. *Christus dicit Joh. 16. Modicum enim & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.*

Poterat ergò cum Bernhardo Sermone Bernh. ser. 74. in cantic. exclamare: ô modicum nimis! ô longum, pie Domine, modicum dicis! quod non videmus te, salvum fit verbum Domini mei, longum est, & multum nimis, valdè nimis. Pergit tamen adhuc quærere, quia amanti nihil difficile.

Chari-

Charitas omnia ſuffert, omnia credit, omnia *1. Cori. 13. 4.*
erat, omnia ſuſtinet. 1. Cor. 13. Hinc Chry- *Chryſoſt.*
ſoſtomus Homil. 5. in Geneſin: quando *hom. 5. in*
uis ſauciatur charitatis deſiderio, nihil *Geneſ.*
ifficile, ſed quod fuerit plenum pericu-
s, & multa miſeria leviter fert, ad unum
oc reſpiciens, quomodo ſuo potiatur
oto ac deſiderio. Bernhardus ſerm. 85. *Bernh. ſerm.*
cantic. 7. recitat cauſas, cur Sponſa *85. in Cant.*
hriſtum quærat; 1. ut ei conſentiat ad *7.*
correctionem. 2. Ut illuminetur ad co-
nitionem. 3. Ut imitetur ad virtutem.
ut reformetur ad ſapientiam. 5. ut ei
onformetur ad decorem. 6. ut ei mari-
tur ad fœcundationem, 7. ut eo fruetur
jucunditatem.

(Paululum cum pertranſiſſem ab *V. 4.*
eis, inveni, quem dilexit anima
mea.)

Hîc videmus, verum hoc eſſe, quod *1. Cor. 10.*
aulus ait. 1. *Cor. 10. tentatio vos non cæ-* *v. 13.*
it, niſi humana, ſed fidelis eſt Deus,
qui non ſinet vos tentari ſupra id, quod
poteſtis, ſed faciet unâ cum tentione
proventum quò poſſitis ſuſtinere. Hoc to-
tum habemus hîc in Sponſâ, quam ultrà
non paſſus eſt Chriſtus irrito conatu
fati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

fatigari, igitur ultro se illi obtulit inveni-
endum. Spes igitur non confunditur, db-
Ps.22.v.5. quo Ps.22. *Speraverunt in te Patres nostri, &*
eruisti eos, ad te clamaverunt, & evaserunt, ii-
te speraverunt, & non fuerunt pudore affect-
Syrac.2.v. *Et Syrac.c.2. Respicite in prisca retrò secula, &*
8. & 12. *considerate, quis in Domino suam fixit fiduci-*
& pudore affectus est. Quis in timore ejus-
permansit, & relictus, quis eum invoca-
vit, & ab eo spretus fuerit &c. qui vult
Christum invenire, debet paululum cur-
sponsa pertransire, & progredi non gre-
sum figere, de quo Bernhardus in clama-
Bernhard. in declam. tion. ait: Hilarem secutorem diligit Deus:
nec dum ad bravium prævenisti: nec dum
apprehendisti metam: grandis adhuc re-
stat via. noli sistere gradum noli in medio
itineris residere.

Cum sic in oratione devotâ & pietate
sincerâ pertransiret Ecclesiæ custodes
tandem invenit quem diligit anima ejus:
Esai.58.v.9. quare *Esaias ait cap.58. Invocabis, & Domin-*
exaudiet te, & clamabis, & dicet: ecce eg-
Ps.65.v.24. *Et Deus ipse Esa.65. antequam clamant, ego*
respondebo; cum loquuntur, ego exaudia-
Bernh. Hinc Bernhardus ait: nemo nostrum pa-
vi pendat orationem suam, dico enim
vobis, quoniam ipse, ad quem oramus
non parvipendit eam; postquam egres-

e

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

dasſt ab ore noſtro, ipſe ſcribit eam in libro
&.o.io, & unum in duobus indubitanter ſpe-
qsr.re poſſum9: quoniã aut dabit, quid peti-
ius qi9 aut quid novit utilius. Pulchrè etiã de
sr.orac re Dionyſius: Oratio eſt velut catena *Dionyſius.*
aaurea de cœlo demiſſa, per quã qui aſcen-
.tnint, videntur quidem catenam ad ſe
rsdahere, ſed potius ipſi ab ipsâ retrahun-
o n i r in cœlum. Sic cum precamur Deum,
ɔñ non fit aptior & paratior ad nos audi-
mub.dum, ſed nos illius beneficijs capi-
q aibadis præparatiores. De divinit. nomin.
.ɔ.q p.3.

Prehendi eum, & non demittam eum, *Textus.*
.ɔonec introduxero eum in domum ma-
m s s meæ, & in conclave genitricis
.ɔo eæ.

igɔI Legimus Geneſ.32. quomodo vir qui- *Gen.32.v.24*
ul mm luctabatur cum Jacobo, qui fregit
nsɔius femur; hic vir erat filius Dei, qui vo-
o dat t ab eo diſcedere, aurorâ aſcendente:
is ɔnc ei dixit Jacobus non dimittam te,
od ni in benedixeris mihi, tunc ſortitus eſt
nem men Iſraël, quia Deo prævaluit: Sic
ɔlno onſa cum Sponſum ſuum invenit, ja-
l ɔadabat ſe in collum ejus, & brachijs ſuis
ni m m innodabat, ac precibus amoreq;
lqim m ipſo luctabat, cum eum prehendit,
nɔbo c demittere voluit: Itidem & nos ora-
tioni-

tionibus devotis ligabimus omnipotentem, & ligatum ad nostra vota inflectemus. Quare Tertullianus ait: nunquid non precibus hîc vides vinctum invincibilem, ligatum omnipotentem? Cui vis hæc grata est, nihil sanè potentius homine orante. Et quamvis Deus alias insuperabilis: tamen superatur a peccatoribus, quia vult & a Ninivitis, Jonæ 3. & 4. & a muliere Cananea Matth: 15. quod Deus sit quasi ligatus ab homine, testatur Exod 32. Nunc igitur *ait Deus Mosi: dimitte me, ut excandescat furor meus in eos, & consumamus eos, te autem faciam in gentem magnam* v. 14. *Et pœnituit Iehovam super malo, quod dixerat se facturum suo populo.* Hinc Bernhardus sermone 30. super cantic. Quis te ligabit, Domine, Deus? ligatum habent Sancti Deum, ut non puniat, nisi permiserint ipsi, & non puniat nisi demissus ipse. Cum Alexander Magnus vellet Tyrum, civitatem munitissimam funditus delere, incolæ in urbis obsidione ligaverunt simulacrum Apollinis illorum aræq; Herculis, cujus Numini urbem dicaverant, inseruerunt vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi, ne ab urbe discederet. Quint. Curtius libr. 4.

Ion. 3. & 4: Matt. 15. 28. Exod. 32. 10.

v. 14.

Bernhard. serm. 30.

Q. Curt. l. 4. fol.

Psal. 51. Hac enim vanâ spe decepti in-
fidio ossibile crediderunt, ipso præsente ur-
me em vastari: sic nos non vanâ, sed fir-
ql ma spe, fide vivificâ, continuâ precum
nsfr nstantiâ ligabimus, ut ante dixi, omni-
nsio otentem DEI filium, sic liberi erimus
no db omnibus hostibus, quantumvis tru-
nslu ulentis. *Sic Moses Deut: 9. Deum* Deut. 9. 13.
gavit, cum Deus ei ait: En, populus
urus cervice, remitte me, & dispe-
am eos, & delebo nomen eorum sub cœ-
is. *Et Amos cap. 7.* Et sicut Josua Amos 7. 5, 6.
ecit Solem stare in cœlo, cum prælia-
retur, donec vicerit hostes suos Josuæ 10. Ios. 10. v. 13.
ic nos stare faciemus Solem justiciæ
Malach. 4. JESUM CHRISTUM, Mala. 4. v. 2.
t apud nos maneat, oratione nostrâ sol-
citemus, ne de nobis dicatur, sicut de
Israëlitis *Esaiæ 64. v. 7. nemo nomen*
neum invocavit, & se excitavit, vel Esaiæ 64. 7.
præparavit, ut me apprehenderet & te-
eret.

Tenere Christū magis optemus, quàm
ntueri. Visio quidem bona est, sed adhæ-
io arctior. Dulce est, Jesum quærere, dul-
ius tenere: in uno est pius labor, in al-
ero perfecta lætitia, ait Gilbertus
Abbas

Gilbert. Abbas ſerm. 1. in Cantic. Abbas ſerm. 1. in Cantic. Sponſa præhen-
ſa Sponſum non vult dimittere, donec in
domum matris ſuæ, & in conclave gene-
tricis ſuæ introduxerit. Donec hic ſigni-
Matt. 1. v. ultim. ficat nunquam, ut Matth: 1. & Pſ. 110. &
Supra cap. 2. v. 17. Apoc. 20. Domus matris
Pſ. 110. v. 1. & conclave genitricis ſignificat Jeruſa-
Apoc. 20. lem illam liberam, quæ eſt mater omni-
Gal. 6. v. 26. um noſtrum Galat: 6. ubi nulla ſenectus
nec ſenectutis miſeria, ubi non eſt man-
cus, non claudus, neq; gibboſus, neq; de-
formis. Illâ vitâ nihil beatius, ubi non eſſe
paupertatis metus, non ægritudinis im-
becillitas. Nemo læditur, iraſcitur aut in-
videt. Cupiditas nulla exardeſcit, nullum
cibi deſiderium, nulla honoris aut pote-
ſtatis pulſat ambitio. Nullus ibi Diabol
metus, terror gehennæ procul, ſed im-
mortalitatis jucunda vita, Auguſtinus in
Auguſtin. in Man. c. 17. Man. c. 17.

(Adjuro vos, filiæ Jeruſalem per
cervos, vel per capreas campi: Si ex-
Verſ. 5. *citetis amorem, & expergefacitis*
usq. dum voluerit.

Hæc verba ſunt ſupra explicata cap. 2.
C. 2. v. 7. quare repetitione haut opus eſt.

(Quænam eſt hæc, quæ aſcendit, ut columna fumi.)
Verſ. 6.

Legi-

Legimus Num 24. Quomodo Bileam admiratus est felicitatem ac numerositatem populi Israëlitici, ascendentis è deserto in terram promissam Canaan, cum dixit: *quàm bona sunt, tentoria tua Jacob, habitacula tua Israël, sicut torrentes virentes extensi, sunt sicut horti super flumen, sicut tentoria plantavit te Deus, sicut cedri super aquas.* Non aliter solent similes Sponsæ hîc ab admiratione neque-unt sibi temperare: mirantur itaq; felicitatem Sponsæ ex deserto hujus mundi ascendentis, sicut columna fumi, quæ fumi-gationem tribulationis ac peccati derelinquit, ac mundam Sponsi justiciam imitatur. Per desertum mundus significatur. Sicut in deserto sunt leones, ursi, lupi, dracones, serpentes &c. quare homo ibi tutò non potest: Sic in hoc mundo sunt leones rugientes, Diaboli, qui nos devorare conantur 1. Petri 5. & lupi rapaces, licet Hæretici, qui veniunt ad nos in habitu ovium: tamen à vero pastore nos separare allaborant. Item serpentes, hoc, peccata vel mala conscientia, quare Eccl. 21. *tanquam à conspectu serpentis fuge peccatum, si enim propius accesseris, mordebit te.* Ex hoc deserto ascendit anima cum

Num. 24, 5.

1. Pet. 5. v. 8.

Eccl. 21, 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

terrena, & visibilia conculcat, atq; æterna & invisibilia desiderat. Ita jubet nos Paulus ascendere, cum ait Colos. 3. *Superna quærite, ubi Christus est ad dextram Patris sedens. Superna curate, non terrestria.* Et Iohannes 1. epistola 2, *ne diligatis mundum, aut ea, quæ sunt in mundo; si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, quoniam omne, quod est in mundo, veluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus mundi non est ex patre, sed ex mundo est. Mundus transit, & ejus concupiscentia, qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.*

Col. 3. v. 2.

1. Ioh. 2. v. 15, 16.

Christus ipse ore proprio jubet nos tanquam Sponsam suam ex deserto hujus seculi ascendere, cum ait Matth. 6. *Nolite reponatis vobis thesauros in terrâ, ubi ærugo & tinea corrumpit, ac ubi fures perfodiunt, & furantur, sed recondite vobis thesauros in cœlo, ubi enim fuerit thesaurus vester, ibi & cor vestrum.*

Matt. 6. v. 19, 20.

Hinc Chrysologus: ô homo, si hîc non permansurus es, quæ tua sunt, hic reponere: si illuc iturus es, hîc, quæ tua sunt, cur relinquis? Homo, mitte & præmitte thesauros tuos in cœlos, ne cœlestem animam demergas in terram.

Augustin. in Man. c. 3.

Assumat quævis anima cum Augustino in Man. c. 3. pennas aquilæ, volet, & non

deb

deficiat, volet ac perveniat ad decorem
domus Dei, & thronum gloriæ ejus, & ibi
super mensam civium supernorum pasca-
tur de oculis ejus in loco pascuæ juxta
affluenta plenissima.

Non solùm pij in hoc seculo hanc a-
censionem Sponsæ, sed etiam impij in al-
terâ vitâ & ultimo die inopinatam atq;
insperatam salutem Sponsæ electæ admi-
rabuntur, & præ angustiâ spiritûs gement,
& sic dicent, ut est *Sapientiæ 5. v. 3. & 4. Hic erat,*
quem aliquando habuimus in derisum, & in si- Sap. 5, 3. & 4.
militudinem improperij. Stulti viam illius æsti-
mavimus, insaniam & finem illius sine honore,
quomodo computatus est cum filijs Dei, & cum
sanctis sors ejus &c.

(Suffita myrrha & thuri ex omni pul-
vere pigmentarij.)

In admirationem insuper rapti sunt so-
rores Sponsæ, quod erat myrrha tribula-
tionis condita. Nesciebant enim, quod
dicium à Domo Dei incipit 1. Pet. 4. *quem Deus* 1. Pet. 4. 17.
castigat, hunc corripit. He. 12. *& quem diligit, fla-* Hebr. 12, 6.
gellat Apoc. 3. 19. *ne cum hoc mundo damnetur.* Apoc. 3, 19.
Hinc David Ps. 119. *bonum est mihi, quod humi-* Ps. 119, 71.
liasti me: ut discerem justificationes tuas.
Talis fere quæstio est Apoc. 7. *Hi, qui amicti* Apoc. 7, 13. 14.
sunt stolis albis, qui sunt, & unde vene-
runt? Respondit: *hi sunt, qui*

veneruut ex afflictione magnâ, & dealbaverunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Cum ſic condita erat afflictionis myrrha, Deo dedit odorem bonæ fragrantiæ.

Sicut per myrrham ſignificatur corporis mortificatio: ita per thus mentis elevatio ſeu oratio. *Quare David ait Pſ.141.* Pſ.141.v.1. *dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Sicut enim thus, cum accenditur, deorſum cadit, ſed fumus & odor ejus ſurſum aſcendit: ita videmus in noſtris orationibus guttas lacrymæ per genas deorſum cadere in terram; tamen virtus illius cœlum aſcendit, & auxilium Dei rurſus ad nos deſcendit; *quare Syrac.35. oratio humilis penetrat nubes, & non diſcedit, donec aſpexerit altiſſimus. Idem & David Pſal.56.* Syr.35. v. 21. Pſal.56.v.9. *tionem meam numerâſti, tu ponis lacrymas meam in utre tuo, nonne in libro tuo ſcilicet ſcribis* Hinc Hieronymus: Oratio Deum Hieronym9. ungit, lacryma pungit, illa lenis, hæc coercet. Offeramus itaq; nos Deo in holocauſtum, & in hoſtiam viventem ſanctam & Deo placentem. Et *ſi crucifigimus corpus noſtrum cum affectibus & concupiſcentiis Gal.5. tunc odoraturus eſt Deus odorem ſuavitatis Gen.8.* Gal.5.v.24, Geneſ.8.21. Hinc pulcrè Pſellus in cantico ait: omnis anima, quæ ſtudet eſſe thus, jucundus odor Regi univerſorum, nec

ſe

est prius, ut mortificet omnia membra
sua, atq; ita myrrha fiat cum CHRISTO
commortua, alioquin thus Domino fieri
nunquam poterit. Peritissimus itaq; pi-
gmentarius nos suam Sponsam cruce &
calamitate conterit, & in pulverem re-
digit per mortem, ut in alterâ vitâ odorē
emus vitæ.

En Lectus ipsius Salomonis sexaginta fortes circum eum ex fortibus Is-raëlis.) Vers. 7.

Per Solomonem intelligitur Christus,
שלומה significat pacificū: Sic Chri-
us non solùm pacificus, sed & Princeps
acis, imò pax nostra, ut ait Paulus. Quid
item per lectum Salomonis denotetur,
riæ sunt discrepantes sententiæ. Theo-
retus vult sacram Scripturam: Psellus
cum salvandorum: Ambrosius Christi
manitatem l. 16. de Isaach c. 5. alij ute-
m Virginis Mariæ, alij sepulchrum
hristi: Orgelitanus Ecclesiam: Gille-
rtus Abbas paradisum delitiarum: Gre-
rius Papa & Bernhardus, animam seu
r hominis, quorum sententiam seque-
ur, & explicemus, quæcunq; enim Spon
cor suum sollicitudinibus mundi pur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

gat ac vacuat, divinoq; amore repletur, cubiculum suum parat Sponso Jesu Christo, & cum eo ab omni perturbatione rerum humanarum quiescit & gaudet.

Quem cœli cœlorum capere non possunt 1. Reg. 8. in angusto hominis corde, veluti in molli lecto quiescit. Hinc Gilbertus Abbas serm. 2. in cantic. Augustum & breve est hominis cor, ad concipiendas verbi Dei delicias, etiam cum in illas totum extenditur: nam per pœnitentiam vera extenditur, & tunc Christus in illud ingreditur, cum sit contritum & humile, quare *Esai. 57.* ait Deus: *Habitabo cum contrito & humili spiritu, & vivificabo Spiritum humilem, & cor contritorum. Et c. 66. respiciam afflictum & contritum Spiritu & trementem super verbum meum. Et Psalm. 51. Sacrificium Deo Spiritus contritus: cor confractum Deus non despicies: Sed venies ad illud, & mansionem ibi facies Iohan. 14; quare Paulus 1. Cor. 3. an nescitis corpora vestra esse templa habitantis in vobis spiritus Sancti: ante hunc cordis nostri lectum stat pulsans, si quis aperuerit ei ad eum intrabit, & cum eo cœnabit Apocal.: Delitiæ enim ejus sunt cum hominibus in petuum Proverb. 8. Et elegit Dominus Sion id est, Ecclesiam, sive animam hominis, desideravit eam in habitaculum sibi. Hæc requi-*

1. Reg. 8. 24.

Es. 57. 15.

c. 66. v. 2.

Ps. 51. v. 19.

Iob. 14. 23.

1. Cor. 3. 16.

Apoc. 3. v. 20.

Prov. 8. v. 31.

mum

nea in perpetuum: hic habitabo, quoniam de-
ideravi eam Psalm. 132. nec otiosus dor- Ps. 132. 13, 14.
mit Sponsus in lectulo cordis nostri, sed
illud calefacit igne Spiritûs sancti, ut ejus
præsentiam verè sentire possumus; qua-
e Bernhardus serm. 74. in canticum ait:
nonnox cum intus venit, expergefecit
lormitantem animam meam, movit,
& mollivit, & vulneravit cor meum,
uia durum lapideumq; erat, & malè
nianum.

Cœpit quæq; evellere & destruere,
dificare & plantare, rigare arida, tene-
rosa illuminare, clausa reserare, frigi-
a inflammare. Verùm quia hæc o-
nia, ubi abscesserit verbum (perinde
si ollæ ebullienti subtraxeris ignem)
nonnodam illicò languore torpentia, & fri-
da jacere incipiunt. Atq; hoc mihi
gnum abscessionis ejus. Tristis sit ne-
ille anima mea, donec iterum reverta-
tur, & solito recalescet cor meum, in-
me, idq; sit reversionis indici-
um.

Circa hunc lectum Salomonis sunt se-
aginta fortes stipatores & custodes, per
os intelligit Orgelitanus Apostolos, Do-
tores Ecclesiæ, sed potiùs cũ alijs Ange-

intelligimus, nec moveat quempiam, quid ſaltim ſexaginta dicantur: hîc enim ponitur numerus finitus pro infinito, ut

Dan.7.v.11. *& Daniel. 7 dicuntur ſaltim millia millium eſſe, & decies centena millia, licet ſint longè plures, numerum enim eorum nemo hominum novit. Chriſtus dicit Matth. 26. Sibi exhiberi poſſe in mo-*

Matt 26.53. *mento, plùs quàm duodecim legiones.*

Duodecim autem legiones ſunt 73200. pedites, & 8760. equites: in ſumma ſunt 81960, ut ait Vegetius l.2. de re militar. c.6. Cyrillus Jeruſol. ait; in noviſſimo die plures erunt Angeli, quàm homines. Hi ſunt circa Chriſtum, verum Salomonem laudando & miniſtrando, circa lectum Sponſi, id eſt, circa nos cuſtodiendo, qua-

Pſal.34.8. re *Pſalm.34. caſtra metatur Angelus Domini circũ timentes eũ, & eripit eos:*

Pſ.91.11,12. *& Pſ.91. Angelis ſuis mandabit de te, ut in manibus portent te in omnibus viis tuis, ne impingas ad lapidem pedem tuum.*

Hieronymus in cap. 18. Matthæi ait; magna dignitas animarum fidelium, quod unaquæq; habeat ab ortu nativitatis ſui cuſtodiam ſui Angelum deputatum, imò

plures

plures. Item Gregorius Mag. quis Ange-
mullum bonum sibi ad custodiam deputa-
tum: & unum malum ad exercitium
habet.

(Omnes prehensores gladij edocti mi-
lites belli, quisque gladium super fe- Vers. 8.
mur suum à pavore in noctibus.)

Quod Angeli Dei sint edocti milites,
orum res gestæ, & facta declarant. Unus
nim Angelus unâ nocte omnes primo-
genitos totius Ægypti perdidit Exod. 12.
tem unus in populo Davidis uno triduo Exo. 12. v. 23.
ecavit septuaginta virorum millia 2. Sā.
4. Et in castris Assyriorum unus unâ no- 2. Sam. 24. 15
te centum octoginta quinq; millia tru-
idavit. Hi enim præliantur, & Michael
rchangelus: filius Dei contra *Draconem*
magnum & Serpentem antiquum Apoc. 12. v. 9. Apoc. 12, 9.
est autem gladius eorum verbum Dei *efficax,*
quod est omni gladio ancipiti penetrabilior,
pertingens usq; ad divisionem animæ & Spiri-
tus compagum atq; medullarum Hebr. 4. hunc
ladium mandavit Christus Apostolis su- Hebr. 4. v. 12
ut sibi compararent: hoc gladio po-
enter imperavit Angelus Domini super
athan, cum ait Zachar. 3. *Increpet te Deus:* Zach. 3. 2.
hoc suo gladio duro & grandi ac forti occidet
eus serpentem tortuosum Leviathan, & ce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Es.27.v.1. tum in mari Es.27.v.1. Cum tales edocti mi-
lites circa nos habeamus, non timemus mala,
etsi in medio umbræ mortis ambulaverimus
Ps.23.v.4. Psal.23. non timemus a pavore noctis, neq; â sa-
Ps.91.v.5. gittâ, quæ volaverit per diem Psalm. 91. Hi
Angeli semper nobis astant, & liberant
nos à timore nocturno, nisi eos peccatis
nostris depellimus; quare Basilius ait: ut
fumus apes fugat, & fœtor columbas ex-
pellit: Sic Angelum vitæ nostræ custo-
dem graveolens peccatum.

Vers.9. (*Thalamum sibi fecit Rex Salomon ex*
lignis Libani.)

Hic thalamus est Ecclesia, in quâ cœ-
lestis Salomon dormit cum sua sponsâ
& apud eam perpetuò versatur, cum il-
lâ enim est usq; ad seculi consummatio-
nem Matth. 28. in hoc sponsa matrem
Matt.28.20 carnalem derelinquit, & perpetuo jun
Sponso adhæret, & unus cum eo Spiritu
efficitur, quamvis parvum gregem es
videt, qui in thalamo Ecclesiæ versatu
cum Sponso, & infidelium cor tam val
1.Cor.6.17. dè magnum; tamen non veretur no
eturnum timorem, neq; ullam angu
stiam, quia pro certo scit, neminem
Rom.8.35. separare posse à charitate Sponsi Rom. 8. N

v.v

vit portas inferorum contra se non prævale-
re, quia est ut lignum Libani, quod ca- Matt.16.18.
riem ac putredinem non sentit. Tale
imputribile lignum erat Job, licet carne
putridus, cum ait: *Scio, quod redemtor*
meus vivit, & in carne meâ videbo eum.
Iob.19. Item Daniel, cum ait: Daniel. 12. mul- Iob 19.25.
ti ex ijs, qui dormiunt in pulvere terræ, evigi- Dan.12.2.
labunt. &c. David cum ait in personâ Christi
Psal.16 non permittes sanctum tuum videre cor- Ps.16.10.
ruptionem.

Cum Sponsa ingredietur Thalamum
æternitatis, ex quo est semel egressa, tunc
corruptibile hoc induet incorruptibili-
tatem, & mortale immortalitatem. Fe-
stina ergò, sponsa, istam ingredi requi-
em, ubi nullus languot, nisi fortè languor
amoris, qui non versatur in infirmitate,
sed in jucunditate.

(Columnas ejus fecit argenteas, stra- V.10.
tum ejus aureum, operimentum
ejus purpureum, succensum a-
more ex filiabus Jerusalem.)

Hîc finit Bernhardus suos sermones su-
pra cantica: columnæ hujus thalami
sunt

sunt doctores Ecclesiæ; nam sicut Sacer-
dotes Veteris Testamenti portabant ar-
cham Domini ante populum Israël, utu
Ios.3.6. Josu.3. Sic Pastores & Doctores Novi Te-
stamenti debent portare Ecclesiam Chri-
sti, sanguine redemptam, & lavacro re-
generationis purificatam, quod fit since-
rè verbum Dei proponendo, ac Sacra-
menta legitimo modo, sicut à Christo in-
stituta sunt, administrando, ovibus bono
exemplo præeundo. Talis columna fuit
Paulus, *qui portavit nomen Domini coram*
Actor.9.15. *gentibus, Regibus & filijs Israël Actor. 9. Cui*
propter Ecclesiam fuit dolor magnus, & assidu-
us cruciatus, & ideo optavit se fieri anathema
pro fratribus suis Rom.9. *non prædicavit ita ali-*
Rom.9.3. *is, ut ipse damnaretur, quis unquam scandaliza-*
tur, & ego non uror? ait, ô vera argentea
columna, ô vas electum! per te enim
multi ad æternam salutem fulcit
sunt.

Hoc aureum stratum est verbum DEI
quod Ecclesiæ columnæ proponunt &
sternunt omnibus resipiscentibus, & illi
lud est *desiderabilius auro, & dulcius melle, &*
Ps.19.11. *liquore favorum* Ps.19. *hoc est solatium in affli-*
ctione, melius quàm millia auri & argenti Psal.
Ps.119.v.73. 119.v.72. *& nisi esset delitiæ nostræ, perijssemus*
v.92. *in via,* v.92. *& illud est margarita, & unio pre-*
ciosis

tiosissima, propter quam omnia vendamus, & eam possideamus.

Hoc purpureum operimentum est JESUS CHRISTUS, qui peccati nostri turpitudinem tegit, ipse enim induitur sordidis vestibus, ut nostram iniquitatem transire faceret, & nos indueret mutatorijs vestibus, ac cidarim poneret mundam super caput nostrum Zach. 3. *Gaudentes gaudebunt in Domino, qui hac veste salutis induti sunt Esa. 61. & beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata Psal. 32.* Verè qui hoc vestimento justiciæ indutus est, tecta sunt ejus peccata adeò, ut non in conspectu Dei adpareat peccator, sed justus, videlicet justitia Christi imputata. Hic Christus Jehova justitia nostra amore nostri accensus, *vulnerauia rapuimus cor ejus uno oculorum nostrorum Cant. 4.* id est, verâ fide, fides n. est res omnipotens, cujus virtus infinita & inæstimabilis est, ut Lutherus ait.

Zach. 3. v. 5.

Esai. 61. 10.

Psal. 32. 1.

Cantic 4. 9

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Solomonem in diademate, quo coronavit eum mater ejus in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis ejus.)

Vers. 11.

Hic

Hîc Sponſa ſuos ſodales invitat ad ſpectandam coronam ſummi Salomonis, q. d. ô filiæ Sion, quæ acceſſiſtis ad montem Sion, & ad civitatem DEI viventis, Hieruſalem cœleſtem, & ad innumerum Angelorum cœtum, & ad Novi Teſtamenti conciliatorem JESUM Ebre. 12. Exite nunc, & videte Diadema, quo mater ejus, id eſt, Judæa ſive ſynagoga, ut interprætantur Theodoretus & Orgelitanus, ſpectate, inquam, ſpineam illam coronam, qua coronatus eſt pacificus Salomon, filius Dei unigenitus. Hic verus Salomon quadruplici corona cernitur coronatus, 1. Deitate ante ſecula, cum æternus pater eum genuit ante luciferum DEUM de DEO vero, lumen de lumine

Hebr. 12. 22.

Ergò Micheas ait c. 5. egreſſum ejus eſſe à diebus æternitatis. 2. cum in ſeculo ingreſſus eſt uterum Mariæ Virginis, & ab eâ coronam, incontaminatam carneam aſſumſit, in unionem hypoſtaſeos, de quo Gal. 4, 3. Cum nō ſolum ut merus homo coronatus eſt, a militibus Johan. 19. ſed etiam ut verus Deus, *Nam Deus paſſus eſt, Deus ſuo ſanguine redemit Eccleſiam, Dominus gloriæ crucifixus eſt*, mediatè tamen ſuâ carne. De hoc Diademate loquitur Sponſa hîc in canticis. 4. Coronatus eſt

Mich. 5. 2.

Gal. 4, 4.

Joh 19, 2.

ſecun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

secundum humanitatem tantùm, cum in cœlum visibili modo ascendit, & â dextrâ DEI sessionem consequebatur, *tum ei, ut homini data est omnis potestas in cœlo & in terrâ*, quam habuit à conceptionis momento possessivè, non tamen semper usurpativè Matth 28. item omnipræsentia, omnipotentia, adoratio &c. quę semper habuit, ut Deus: *tunc pater vere glorificavit filium, & dedit ei potestatem omnis carnis* Ioh. 17. *tunc posuit coronam de lapide pretioso in capite ejus* Psalm. 21. *& omnia subjecit sub pedibus ejus* Psal. 8. Salvator mundi spineâ coronâ coronatur, qui venit ut spinosam nostram conscientiam sanaret de quo eleganter Augustinus: Filius DEI ducitur ad crucem, expalmatur, qui est vera palma victoriæ, spinis coronatur, qui venit spinas peccatorum constrmge: ligatur, qui solvit compedites: ligno suspenditur, qui erigit elisos: aceto potatur fons vitæ, disciplina cæditur, salus vulneratur, vita moritur.

Matt. 28, 18.

Ioha. 17, v. 1.

Psalm. 21. 4.

Psalm. 8. 7.

In alterâ igitur vitâ coronas nostras ante eum deponamus dicentes: *Dignus es, Domine, Deus noster, accipere gloriam, honorem, & virtutem* Apocal. 4. Hic Salomon coronatus spineâ coronâ, si fide-

Apocal. 4. v. 10. 11.

si fideles sumus ad mortem, dabit nobis coronam
Apoc.2.10. *vitæ Apoc, 2. & erit nobis in coronam decoris*
& cidarim gloriæ Esa.28 & nos erimus Diade-
Esa.28.5. *ma gloriæ in manu Domini, & cidaris regni in*
Es.62.3. *volâ Domini nostri Es.62.*

Cum Christus in patibulo crucis pen-
deret, tùm totam Ecclesiam *sibi despondit,*
Hos.2.19. *misericordiâ, miseratione & fide. Hos.2. tunc*
brachia sua extendit, ut eam amplectere-
tur, de quo desponsationis die, ita loqui-
August. tur Augustinus de Virgin. Inspice vulnera
pendentis, sanguinem morientis, preti-
um redimentis, cicatrices resurgentis.
Caput habet Inclinatum ad osculandum,
cor apertum ad diligendum, brachia ex-
tensa ad amplexandum, totum corpus
expositum ad redimendum. Hæc, quan-
ta sint, cogitate, hæc in statera vestri cor-
dis appendite, ut totus vobis figatur in
corde, qui totus pro nobis fixus fuit in
cruce. Dies crucifixionis Christi dicitur
dies lætitiæ cordis ejus, & quamvis eo
die tristabatur & clamabat miserrimè
Mat,27,46 *mi Deus, cur dereliquisti me Matt. 27.* tamen
non dolebat sua vulnera, sed nostra; non
suam mortem, sed nostram infirmita-
Ambros. tem, ut ait Ambrosius. *Igitur spiritu erat*
lætus, & exultavit ut Gigas ad currendam vi-
Psa.19.6. *am Ps.19. & desiderio desideravit hoc Pasche*
man-

manducare, & oblatus est, quia voluit, ipse et-
iam habuit potestatem ponendi animam suam
II ohan. 10. ultrò igitur se hostibus obtulit, Ioh. 10. 18.
& spontaneâ voluntate mortuus est. O
magna & multa miseratio! ô Charitas
copiosa! Dicamus itaq; cum Bernhardo
de passione Domini: quid pro meâ salute Bernh. de
facere debuisti, & non fecisti? si cœlum pass. Domini
& terram, & omnem ornatum eorum
oro te possem rependere: certè nec sic
plusq; ad mensuram debiti nullatenus at-
ingere possem. Quidam vertunt in die
ponsaliorum, seu nuptiarum. Scriptura
e quatuor nuptijs agit: 1. Personales nu-
tiæ sunt, ubi in utero virginali conjun-
cti sunt duo: Sponsus Verbum, & sponsa
caro, de quibus hîc. 2. Spirituales 1. Cor. 1 Cor. 6. 17.
17. 3. Sacramentales, hoc est, mysteria- Apo. 19. 7. 9.
les Apoc. 19. 4. Carnales Gen. 2. Genes. 2. 24.

CAPUT IV.

VERSUS PRIMUS.

Ecce tu pulchra amica mea, ecce tu pul-
chra es, oculi tui columbarum intra Vers. 1.
cincinnos tuos. Pilus tuus, ut grex
caprarum, quæ pendent de monte
Gilead.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Legimus 2. Samuel. 14. de Absolone quod non erat vir ita pulcher in universo Israële, ut ipse à planta pedis usq; ad verticem, non erat in eo macula. Ponderabat coma capitis ejus ducentis seclis ponderе regio, quotannis atondebat illum. Absolon formâ externâ erat pulcher, sed in corde ejus latebat nequam, sicut & Saul erat formosus, sed tamen spiritu nequam exagitabatur 1. Samuel. 16.

1. Sam. 16. 14.

Sed Sponsa, quam Christus hîc coronamendat, erat pulchra internè & extérnè: nam quod in Ebræo est intra cincinnos tuos, quidam vertunt absq; eo, quod intrinsecus latet, ac si diceret: tuam intus nam pulchritudinem haut satis depingo dicare possum, & illa tuâ internâ & terna pulchritudine sum victus, facie nim tua decora, cor tuum mundum: lud igitur mihi in habitaculum elegi ter quatervé beatus, quem DEUS commendat ipse re vera est electus & si ad tempus erraverit, in æternum tamen non peribit, ait Augustinus

Augusti. 2. Sam 13. 14.

David commendatur, quod erat secundum cor Dei, 1. Samuel. 13.

Iob. 2. 3.

quod erat perfectus & rectus, timens DEUM, recedens à malo Job. 2.

ervaverunt ambo, unus homicidio & alius dulterio, alter impatientia, tamen non perierunt, quia pœnitentia ad Deum sunt reversi. Hujus pulchritudinis meminit Psalmus 45. *Concupiscet Rex decorem tuum tota pulchra filia Regis intrinsecus ex auro vestimentum tuum, hunc tuum decorem*, per assiduam pœnitentiam soli Sponso tuo reserves, ne dicatur tibi: *Fidisti in pulchritudinem tuam, & abominata est decorem tuum, & divaricâsti pedes tuos omni transeunti Ezech. 16.* Ps. 45. 12. 13. Ezech. 16. 25. & 15.

Per oculos intelligit Psellus Scripta Prophetarum acutissimè intuentium, illij ipsos Prophetas: ipsi enim videbant Christum incarnatum tot seculis ante incarnationem, ut *Isaias capit. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Esai. c. 9. 6.

Per cincinnos & pilos, cogitationes interpretantur tres Patres apud Theodoretum: DEUS maximè delectatur pijs cogitationibus, igitur ait ipse Matt. 5. Beati mundo corde, quia DEUM videbunt. Cæsarius ait: quocunq; tempore Deum non cogitaveris, puta tempus illud amisisse. Matth. 5. 8. Cæsarius.

Theodoretus per gregem Caprarum ait significari eos, qui ex peccato resipiscunt, Theodor.

& ad pœnitentiam redeunt, atq; ideò p̃q ó
ſcuntur in Galaad, medicamentaq; ſalu
taria & curationem conſequuntur.

Per Gilead pro culdubio interpretat
Eccleſia, ad illam debent pœnitentes
Ierem.8. 22. ſcendere quare Deus ait *Ierm. 8. Nunqu*
non reſina in Gilead, num Medicus non ibi,
cur non aſcendit cicatrix filia populi mei.

V. 2. (*Dentes tui, ut grex tonſarum ovium*
quæ aſcendunt ex lavacro, quæ
omnes gemelliparæ ſunt, & orban
eſt in ijs.)

Dentes, Pſello & Orgelitano ſunt D
ctores & prædicatores Eccleſiæ, trili
autem Patribus apud Theodoretum
meditatio, quos ſequemur.

Sicut lotæ oves aſcendunt ex aqu
ita homines deſcendunt ex valle lac
marum pijs ſuis cogitationibus, & me
tationibus ad cœleſtem patriam, illa
die ac nocte meditantur,

Hæc ſedula meditatio eſt gemellip
quia parit amorem erga Deum & pro
1.Ioh.4.21. mum. *Hoc enim præceptum habemus â De*
is, qui diligit Deum, diligat & proximum
Bernh.ſerm 46.in Cant. *am.* Huc placet illud Bernhardi ſup. C
ſermon.46. aſſcribere: Meditationis

contemplationis acceſſus duo ſunt : Unus in intellectu, alter in affectu : unus in mine, alter in fervore : unus in acquiſi-noone, alter in devotione. *Quare David* alm. *Pſalm.39. Caluit cor meum in interiore* Pſ.39.v.4. *eo, in meditatione mea exarſit ignis.* t *Pſal.19. Meditatio cordis mei ante* Pſ.19.v.15. *ciem tuam, Domine; beatus igitur r, qui legem Domini meditatur die &* Pſ.1.v.2. *cte. Pſ.1. Ad hanc meditationem* Deut.11.v. *hortatur nos Deus Deuter.11. Verba* 18,19. *c ſuper cor veſtrum, & animum ve-ſtrum ligabitis, in ſignum ſuper manus ſtras, & in fronte inter oculos ve-os, & docebitis ea filios veſtros, cum letis in domo, cum ambulatis in viâ, m accumbitis, & reſurgitis, & ſcri-ea ſuper poſtes domus tuæ, & in por-tuis. Et Joſ.1. Meditaberis in eis die* Ioſ.1,8. *nocte. Et quamvis hæc verbi divini ditatio eſt divinæ ſuavitatis & glo-contemplatio,* quæ ſolis mente & cor-re puris conceditur, ut ait Bernhardus Bernh.ſer. per Cantic.ſerm.67. tamen apud quos 67.ſup.Can. , nunquam eſt ſterilis, ſed parit pœni-itiam, orationem, fidem & charita-

tem; in eâ igitur debemus semper mane-
re, & Deum omni momento ante oculos
August. sol. c.18. habere, de quo Augustin. in sol. c.18. &
Bernh. de int. domo c.67. Bernhard. de int. domo c.67. Omni mo-
mento me tibi obligas, dum omni mo-
mento mihi tua magna præstas beneficia.
Sicut ergò nulla hora, vel punctum in o-
mni vitâ meâ, quo tuo beneficio non u-
tar: sic nullum debet esse momentum,
quo te non habeam ante oculos in mea
memoria & te non diligam ex omni for-
titudine meâ.

V. 3. (*Sicut filum coccineum labia tua, & e*
loquium tuum decorum, sicut frag
men mali granati tempora tua intr
cincinnos tuos.)

Hic alludit Sponsus ad Rahab, quæ per li
neam coccineam liberavit exploratore
Israëlitarum. Hanc lineâ cocci expandit
fenestrâ, cum Josua vellet devastare Jeri
cho, hanc lineâ expansam videntes Israë
litæ eam cum totâ domo liberârunt Jo
Jos. 2. v. 6. 2. Sic vult Sponsus dicere Sponsam expa
suram sua labia, i.e. orationem (per mm
tonymiam ponuntur labia pro oration
suam devotam, propter eam enim Jesu
cœlestis ei salutem & vitam tribuet, qu
oratio est vinculum, quo Deum co

nostrum

rostro affigamus, & ligatum ad vota no- *Cassiod.*
stra inflectimus. Hinc Cassiodorus: Ora-
tio posita est per quam ira Dei suspendi-
tur, venia procuratur, pœna refugitur, &
imperiorum largitas impetratur, cum Deo
loquitur, cum judice fabulatur, præsen-
tem sibi facit, quem videre non prævalet,
penetralia Judicis procurator admitti-
tur, & nullus inde respuitur, nisi tepidus
ea reperitur.

Per tempora, sive genas significatur
pudor, verecundia & castitas, ut
Theodoretus & Orgelitanus asserunt.
Castitatem igitur CHRISTUS commen-
dat. Sponsæ nam pudicitia, ut ait Cy- *Cyprian.*
prianus, est ornamentum nobilium, ex-
altatio humilium, nobilitas ignobilium,
pulchritudo vilium, solamen mœrenti-
um, augmentum omnis pulchritudinis,
procreatoris omnium Dei amica; de hoc Sa-
pient. 4. *ô quàm pulchra est casta generatio* *Sap. 4. v. 1.*
cum charitate: immortalis enim est gloria
ejus, quoniam & apud Deum nota est, & apud
homines.

Sed meritò cum Augustino possumus *Augustin.*
exclamare, dum ait: Inter omnia cer-
tamina Christianorum duriora sunt præ-
lia castitatis, nam ibi continua

pugna, & rarior victoria, & ut canit Poëta :

Rara avis in terris, nigroq; simillima cygno. Per cincinnos cogitationes, ut supra hoc capite, vers. 1.

(Sicut turris David tuum collum, quæ
V. 4. *ædificata est cum propugnaculis, mille clypei suspensi super eâ, omnia scuta potentum.)*

Turris hæc Davidis est arx illa in Hierusalem ædificata super montem Sion :: Collum autem Sponsæ, quod cum istâ turri confertur, Psello est Paulus Apostolus, qui caput omnium Christum portavit, vel omnes alij concionatores, qui Paulum imitantur doctrinâ & vitâ, nam ut collum caput gestat : sic concionatores portant caput & fundamentum Ecclesiæ, qui est Christus, *ut Actor. 9. v. 15. portabis nomen meum coram gentibus, & filijs Israël.* Tale collum fuerunt omnes Apostoli, Judâ excepto, item Patriarchæ & Prophetæ. Turris Davidis erat in altum erecta; ut eò melius hostes è longe ex eâ prospicerent : sic omne collum Christi spirituale debet esse erectum, non superbiâ (ut collum filiorum Sionis, de quo Isa. 3. 16.) tale collum superbiâ erectum ad Deum

Act. 9. 15.

Es. 3. 16.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

nonnon pertingit, ut Auguſtinus ait in Pſal- *Auguſt. in*
mmum 33. Altus eſt Deus, humilis eſt Chri- *Pſalm. 33.*
ſtianus, ſi vult, ut altus Deus vicine-
turilli, ille ſit humilis, magna myſteria
fratres, Deus ſuper omnia eſt. Erigis te, &
illum non tangis: humilias te, & ipſe ad
te deſcendit.) Sed ſpe ac deſiderio ſuper-
næ patriæ inexhauſto.

Huc illud ſurſum corda, nam ut ait Poëta:

Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri.

Sicut ad turrim Davidis currebant omnes
manimiter, cum periculum aliquod me-
uebant: *Sic & nos ad turrim fortitudinis,*
quæ eſt nomen Domini, in ipſam, inquam, cur-
remus, & exaltabimur Pro. 18. Per propu- *Prov. 18. 10.*
gnacula, clypeos & ſcuta potentum haut
nonnconcinnè quidam interpretârunt præ-
ſidia Angelorum, ſed potius fidem & ver-
bum Dei, *ut eſt Eph. 6. Aſſumite univerſam* *Eph. 6. 13, 14.*
armaturam, ſtate lumbis circumcinctis, baltheo
veritatem, & induti thorace juſtitiæ, cal-
ceati pedibus, ut parati ſitis ad Evangelium pa-
cis, ſuper omnia aſſumto ſcuto fidei, galeamq;
ſalutis accipite, & gladium Spiritus, qui eſt
verbum Dei.

Duo ubera tua ſunt ſicut duo hinnuli *V. 5.*
gemelli caprea, qui paſcunt inter lilia.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Duo Ecclesiæ ubera vocat Bernhardus
Bernh. ser. 10. in Cant. & serm. 52. in par. ser. sermon. 10. in Cantic. & in serm. parvis serm. 52. congratulationem & compassionem, duos scilicet illos affectus in homine, quibus vel congratulamur aliorum felicitatibus, vel compatimur eorum afflictionibus & necessitatibus, de quo Rom. 12. Sed quia hæc superius v.
Rom. 12. 15. 13. cap. 1. explicata sunt: hîc igitur sequemur Orgelit. qui per duo ubera intelligit vetus & novũ Testamentũ, & per duos gemellos hinnulos duos populos circumcisionis scilicet, & præputij, id est, Judæos ac Gentes ex peccati traduce natos, hi duo gemelli sese mutuò collidebant in utero Rebeccæ, & dividebantur ex visceribus ejus: Genes. 25. 1. Sicut enim duo gemelli unam habent matrem: ita vetus & novum Testamentum, unum habent auctorem, nimirum Spiritum S. cujus impulsu loquuti sunt omnes sancti
Gen. 25. v. 22, 23. Dei homines 2. Pet. 1. 21, tàm V. quàm N. Testamenti. 2. Duo gemelli unam respiciunt matrem, & uno eodemq; fruuntur lacte materno: ita V. & N. Testamentum &c: ambo respiciunt Christum; illud exhibendum, & pro peccatis hominum offerendum, ut Esaiæ 53. & 63.
Es. 53. & 63. Psal. 22. Psalm 22, hoc exhibitum & oblatum

Gala-

Galat. 4. & quatuor Evangeliſtæ hoc impletum ſatis teſtantur: ſic & eâdem fide & merito Chriſti ſalvatus eſt Adam, quo ultimus homo ex electis Dei ſalvabitur. 3. Sicut hinnuli gemelli, fame & ſiti preſſi abſq; morâ ad ubera matris currunt, quo ſitim & famem reſtinguant ac ſedent: Sic & nos ad Veteris & Novi Teſtamenti ubera lacte turgentia & affluentia feſtinemus, ibi inveniemus lac & cibum ſpiritualem, quo ſaginemus, & inebriemus animas noſtras, de quo Iſa. 55. Joh. 6. &7. *Gal. 4. 4.*

Eſai. 55. v. 1. Ioh. 6. & 7. v. 51. Ioh. 7. v. 37, 38. V. 6.

(Donec adſpiraverit ille Dies, & fugerint iſtæ umbræ: ibo ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.)

Debent hinnuli paſci hîc inter lilia, id eſt, inter caſtas animas hîc in Eccleſiâ militante, *donec dies illuceſcat, & Lucifer exoriatur in cordibus eorum* 2. Pet. 1. 2. Pet. 1. 19.

Hic paſcuntur per Concionatores in lege, Prophetis & Pſalmis, ſed tunc nemo dicet: *cognoſce Dominum, ſed erunt omnes docti â Deo, tunc cantemus: hæc eſt dies, quam fecit Dominus, lætemur & exultemus in eâ* Eſai. 54. 13. Ier. 31. 34.

Psal 118.24. Psal.122.1. *in eâ Psal.118. Tunc cum Davide, quivis dicat ex Psalmo 122. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus,* cum mortalitatis & hujus præsentis seculi vesper venit, tunc statim clarum futuræ vitæ mane affulgeat, tunc adpareat gloria, quam *oculus non vidit, & auris non audivit, nec in cor hominis descendit* 1.Cor. 2. Tunc dicas cum Augustino in Man. c.7. ô vita vitalis, vita sempiterna, & sempiternè beata, ubi gaudium sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine tremore, sanitas sine languore, abundantia sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate, ubi summa Dei bonitas cernitur, ubi præsens Dei majestas conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiatur, vident semper, & videre desiderant, sine anxitate desiderant, & sine fastidio satiantur &c.

1.Cor.2.9. Man.c.7.

Luther. Lutherus ait: homo perfectè hæc credens, non diu superstes viveret, sed statim immodico gaudio absorberetur. De his plura vide sup.c.2.v.16.

Per montem myrrhæ intelligit suam mortem Christus, & per collem thuris, suam resurrectionem. Huc illud Theodoreti super cant. quandoquidem adeò de-

Theod.in Cant.

cora-

cora mihi, ô Sponſa, adeò formoſa, adeò pulcritudine excellens, & amoris erga me ſauciata, pro te mortem oppetam, & myrrhæ montem ſpontè conſcendam, ſed iterum reſurgam, & revertar ad collem thuris. Quod Chriſtus dicit: vadam; hoc indicat, ſuam mortem eſſe ſpontaneam & voluntariam, de quo *Iohan. 10.* *Habeo poteſtatem ponendi animam meam, & iterum eam reponendi, nemo tollit eam â me &c.* Amore igitur noſtri motus poſuit eam. Quare pereleganter Bernhard. ſermone de paſſione Domini ait: In paſſione Domini tria convenit ſpecialiter conſiderari: opus, modum & cauſam, nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causâ charitas commendatur, patientia ſingularis, humilitas admirabilis, ſed charitas inæſtimabilis. *Ioh. 10, 18.* *Bernh. de paſſ. Domini*

(*Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.*) *V. 7.*

De ſponſæ pulchritudine jam ſatis dictum eſt, ſed jam videamus, anne macula peccati in ea hæreat? Jmò ſanè, nam ſi ſurgeret Adam cum omnibus poſteris ſuis, uno in univerſum ore profiterentur, ſe in hoc mundo ſine peccato nō vixiſſe, ſine maculâ peccati mortem non obijſſe: quam-

quamdiu enim vivit homo sine peccati
Psal. 14. 2,3. reliquijs, non est, quare Psalm. 14. habe-
tur, *Deum prospexisse è cœlo in homines, & vidisse opera eorum, & non fuit unus, qui bonum operaretur. In Sodomâ non fuerunt decem justi, imò difficile unus* Genes. 18. *omnis i-*
Gen. 18. 32. *taq; justitia nostra est tanquam pannus menstruatus* Esaiæ 64. *Cœli non sunt mundi*
Es. 64. v. 6. *in conspectu Domini, quantò minus homo bi-*
Iob. 15. 15,16. *bens iniquitatem sicut aquam* Iob. 15. *In nobis non est sanitas, à vertice usq; ad plan-*
Es. 1. v. 6. *tam pedis* Esaiæ 1. *Si dixerimus: peccatum non habemus, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non est, & mendacem faci-*
1. Ioh. 1. 8,10. *mus Deum, & sermo ejus non est in nobis.* 1. Ioh. 1. Nemo tàm sanctus est, qui in se
Gregor. non aliquid habeat fœditatis, quod plan-
Prov. 24. 16. git Gregorius *Septies cadit justus & resurgit* Prov. 24.

Sed cur eam Christus adeò commendat, esse sine maculâ? Id fit propter pœnitentiam, quam fecit sinceram, nam cum homo pœnitet, statim à peccato absolvitur, & justitia Christi ei imputatur, ut jam in conspectu Dei non appareat peccator, sed justus. *Beati igitur, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pec-*
Psal. 32. 1. *cata.* Ps. 32.

Sicut enim vestimentum tegit corpus scabi-

scabiosum; Sic Justitia Christi, quæ non est breve pallium, operit & tegit hominem peccato fœdatum. Hinc Justinus air: quid aliud potuit nostra peccata tegere, quam Christi justicia. Idem .iniquitas moltorum in justo uno absconditur: Justitia autem uniusfacis, ut multi injusti pro justis habeantur. Bernhardus. serm. 61. super Cantit. Tu mihi justitia factus à Deo. Numquid mihi verendum, ne non una ambobus sufficiat. Non est pallium breve, quod non possit operire duos: & te & me operiet largiter, larga & æterna justitia. Et in me operit multitudinem peccatorum.

Justinus.

Bernh. ser. 61. in C. .

Mecum è Libano, Sponsa, mecum è Libano venias, prospicias de capite Amani, de capite Sanir & Hermonis, de lustris leonum, è montibus Pardorum.) V. 8.

Libanus est mons Syriæ ex celsus sic dictus à candore niveo, tam altus dicitur esse, ut media æstate circum altissima cacumina longè nivibus tectus spectetur; hujus montis mentio fit Hos. 14. & Judic. 3. Amanus etiam mons Syriæ, Shenir & Hermon duo sunt juga

Hos. 14. v. 6, 7, 8. Iud. 3. v. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

juga ejuſdem montis. Hic mons non pro-
cul à Jordane in terrâ Jſraëlitis promiſ-
ſa jacebat. De hoc monte Pſ. 133. & Deut.
Pſ.133.v.3. 3. v. 9. Hi montes dicuntur habitacula le-
Deut.3.9. onum & pardorum, propter multitudi-
nem ferarum, quæ ibi habitabant. Siqui-
dem *ſcriptura Prophetica non eſt privatæ in-*
2.Pet.1.v.20. *terpretationis* 2. *Petri* 1. igitur ſequemur
Theodoretum, qui per Libanon cultum
idolorum, per montem Sheniris, & Her-
monis ſive Sionis legem; in monte enim
Sinai data eſt lex; per luſtra Leonum inni-
ſantes Judæos, per Pardos gentilium
ſapientes intelligit. Horum omnium jus-
bet ſponſus ſuam dilectam obliviſci, *&*
populum ſuum domumq; patris ſui, ut ipſe con-
Pſ.45, 11, 12. *cupiſcat decorem ejus* Pſ. 45. imò vanitatem
ſeculi hujus, & omnia, quæ mundus ha-
bet, ut ipſe ſolus amplexu caſtiſſimo ejus
fruatur, nec vult eam ultra inter hæc ve-
ſari, ſed ſecum in cœlum trahere, *ut in do-*
mo Patris videat ejus manſiones multas, & glo-
Ioh.14.v.2. *riam, quam ei præparavit* Ioh. 14.

(*Abſtuliſti cor meum, Soror mea, ſpon-*
V.9. *ſa: abſtuliſti cor meum uno ex ocu-*
lis tuis, uno torque de collis tuis.)

Luth.tom. 2.fol.188. Hic oculus & torquis fides eſt, ut Lu-
therus tom. 2. f. 188: ait fides oculus, im-
pupilla oculi eſt, quam, quia facilimu

...estlædi, diligentissimè est custodienda.
...Hoc suo fidei oculo & torque rapuit cor
...ponsi; nam fides fortis ad iratum De-
...um loqui, clamare ad percutien-
...em se, confugere ad expellentem se au-
...ellet, ut idem testatur. Hinc Ambrosius *Ambros. de*
...lle Virginitate ait: ô thesauris omnibus *Virgin.*
...opulentior fides, ô virtutibus corporeis
...mnibus fides fortior, medicis omnibus *Chrysost.*
...lvatior. Item Chrysostom: Fides est lu-
...men animæ, ostium vitæ, fundamentum
...ternæ salutis, per hunc fidei oculum ob-
...tulit Abel DEO Sacrificium, ideoq; re-
...exit ad illud DEUS Gen. 4. per hunc *Gen. 4. v. 4.*
...oah ingressus est arcam Gen. 7. & Abra- *Gen. 7, v. 7.*
...am voluit immolare filium suum Isa-
...c, & hac suâ immolatione cor Dei quasi
...pectore evulsit, ut videre est *Genes. 22. v.* *Gen. 22.*
ubi Deus ait: Per memetipsum juravi, siqui-
dem hanc rem fecisti, & filio unico tuo non pe- *Psal. 27. 13.*
percisti, quod benedicendo benedicam tibi &c. *Exod. 14. 27.*
Per hunc fidei oculum videmus bona DEI in ter- *Exod. 16. v.*
ra viventium Psalmo 27. Per hunc Moses divi- *15. & 17. v. 6.*
sit mare rubrum Exod. 14. & manna de cœlo, *Luc. 7. 48.*
& aquam de petrâ consecutus est Exod. 16, & *Matt. 15, 28.*
Hoc torque ligabat Magdalena & mulier *Gen. 32. 24.*
Chananæa Christum Luc. 7. Matth. 15. item Ja- *Exod. 32. 10.*
cob Gen. 32. Moses Exod. 32. v 10. Ninivitæ Jon, 3 *Jonæ, 3.*
& publicanus Luc. 18. Erudite igitur ait Luthe- *Luc. 18. 13.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

rus: *Fides est res omnipotens, cujus virtus inf*
nita & inæstimabilis. Huc placet adsc
Gilb. in Can. ser. 30. bere illud Gilleberti Abbatis in Cant
sermon. 30. ubi ita ait: Si plures oculo
habes, omnes alios claude, ut hoc unoo
taris, quo solo dilectum intueri soles,
xus erit in unum, non diffusus in mul
Oculus tuus unus est, si semper inten
& intueris in unum, etsi amoris ocu
Matt. 6. 22. est, unus. *Quare Christus Matth. 6 ait. Lu*
na corporis est oculus, si igitur oculus tuus
plex fuerit, totum corpus erit lucidum. Quo
oculus tuus malus fuerit, totum corpus erit
nebrosum.

Quidam vertunt? vulnerasti cor
um Christus est duplici sagittâ sauci
& vulneratus.

1. Sagittâ amoris, de quo hîc, & Ier
1. Ierem. 31. 20. 31. *nonne filius pretiosus mihi Ephraim*
natus delitiarum? recordando recordor
adhuc igitur tumultuantur viscera mea
serendo miserebor ejus.

Gilb. serm. 30. in Cant. Hinc Gillebertus Abbas serm. 30
Cantic. Vulnus cordis designat amm
vehementiam. O verè dulce cor, q
nostris movetur affectibus ad repen
dam vicissitudinem amoris.

2. Sagittâ ferreâ, cum in cruce anim

2. ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

exſpirâſſet, venit unus è militibus, eum lauceâ transfodit, unde ſanguis & aqua emanabat è corde ejus. Propter hoc vulnus ei inflictum, fletus deducent oculi tui, & liqueſcat anima tua igne compaſſionis ſuper contritionem amabilis viri hujus, effundas animam & cor tuum pro eo viciſſim, tanquam aquam; ut ait *David Pſalm. 62. effundite ad faciem DEI cor veſtrum.* *Pſalm. 62. 9*

(Quàm pulchri ſunt amores tui, Soror mea, Sponſa, quantò meliores amores tui vino, & odor unguentorum tuorum præ cunctis aromatibus.) *V. 10.*

Hæc ſupra ſunt explicata c. 1. v. 2. Sed de odore unguentorum hîc aliquid dicendum. Gillebertus Abbas ſermon. 32. in antic. hæc ita explicat: in vino veteris *Gilb. ſerm. 32. in Cant.* omnis defectio; in ubere novi refectio; in unguentis quædam delectatio. In vino carnalis ſenſus inebriatur, & ſopitur, & obruitur; ubere novus nutritur; unguentis adultus deliciatur. In primo homo vetus conficitur: in ſecundo novus reficitur, in tertio jam appropinquans ad perfectionem ineffabili lætitiâ afficitur. Per hunc odorem unguentorũ aliqui

gratiam Spiritûs Sancti, aliqui dona ejus
dem, aliqui pœnitentiam intelligunt, ſed
poſtremæ ſententiæ cultores imitemur:
nulla enim res eſt, quæ DEUM adeò
commiſerandum commovet, quàm ſin
cera pœnitentia, quâ DEUS & Angeli de
Luc.15.v.10. lectantur Lucæ.15. Juxta enim Veter
peccatorum lacrymæ ſunt Angelorum
Bernh. ſer. 30. in Cant. delicia. Vel juxta Bernhardum ſermo
30.in Cantic. Pœnitentium lacrymæ
num eorum ſunt. Hæc etiam ad na
Dei, tanquam gratiſſimus balſamus p
venit; ſi ita pœnites, ut, quod ante
dulce fuerit in corpore, jam te idem cr
Auguſt. ciatur, & amarum tibi in animâ ſapiat. I
hoc Auguſtin. Initium bonorum oper
eſt confeſſio malorum operum, ut qua
do ſic pœnitet, ut amarum ſapiat in a
ma, quod ante dulce fuit in vitâ, & qu
te prius delectabat in corpore, ipſum
cruciat in mente, tunc benè inge
ſcis ad Deum. Si volumus Deo eſſe o
gratiſſimus, debemus cotidianam ag
pœnitentiam, & non ad vomitum redi
nihil enim proſunt lamenta, ſi repli
tur peccata, nihil valet à malis veniâ
Auguſt. cere, & mala de novo iterare. Auguſti

V. 11. (*Favum ſtillant labia tua, ô Sponſa,*

& lac ſub linguâ tua, & odor veſtiũ tuarum eſt velut odor Libani.)

Per labia ſignificantur Doctores Eccleſiæ, ut ait Theodoretus, ſub eorũ lingua eſt lac & mel, id eſt ſuaviſsima Evangelii prædicatio. Sicut oculi Jonathan illuminati ſunt, quia guſtavit mel 1. Sam. 14. *1Sam.14.29*
ic qui ſuaviſsimũ verbi divini mel guſtavit, illuſtrabuntur oculi eius. *Pſal.19.* *Pſal.19.v.11.*
Desiderabilia ſunt ſtatuta tua Domine, præ auro & obryzo multo, & dulcia præ melle & liquore favorum, etiam ſervus tuus illuſtrabitur eis.
ut populus Iſraël ſugebat mel de petra, & oleum è ſilice petræ Deut.32. Sic & *Deut 32. 13.*
verbi DEI mel non ſolùm de ipsâ petra Christo, verùm etiam de verbi Dei miniſtris, qui annunciant omnibus pœnitentibus remiſſionem peccatorum, justitiam & vitam æternam in nomine Jesu.

Tale Christi labium fuit Petrus cum tria millia hominum convertit unâ concione Actor, 2. tunc verè lac & mel ſtillavit labia ejus, de hoc lacte ipſe 1. Petri 2. *Actor.2.41.* *1.Pet.2.2.*
Sitis modò, ut nati infantes lac illud non corporis, ſed animi, quod dolum neſcit appetite, per illud ſuboleſcatis. Tale labium Paulus, ut *1.Cor.3.2.*
ere eſt 1.Cor.3. v.2. ut infantibus in Chriſto; lis potu vos alui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Gen. 27. 27. Gen. 27. legitur de Isaac, quod odoratus est odorem vestimentorum filij sui Jacob, & ille odor erat sicut odor agri, cui benedixit Jehovah: Sic dicit Sponsus, sponsæ vestes esse, ut odor Libani. Libanus olim consitus fuit arboribus frugiferis & odoriferis: Sic Sponsa operibus virtutis, scilicet fide, spe & charitate &c.

Apoc. 19. 7, 8 De hac veste Sponsæ Apoc. 19. *ita habetur: Gaudeamus, exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit se, & datum est illi, ut cooperiat se byssino puro, & splendido.* Et Iob. 29. *Iustitiam induebam tanquam pallium, & cidarim judicium meum.* Sed tamen Theodoretus per hoc vestimentum intelligit ipsum

Iob. 29. 14.

Cal. 3. 27. Christum, ut est Galat. 3. *Quicunq; in Christum baptizati estis, Christum induistis, de quo*

Rom. 13. 14. & Rom. 13. & Esaiæ 61. *Gandendo gaudebo in Domino, exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, & palio justitiæ involvit me, ut Sponsam ornavit vasis suis.*

Esai. 61. 10.

Vers. 12. *(Hortus clausus es Soror mea, Sponsa scaturigo clausa, fons obsignatus.)*

Hic Ecclesia vocatur & Soror, & Sponsa, nam ut ipse Christus ait; Matt. 12. *quicunq;*

Matt. 12. 49 *fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est*

ipse

ose meus frater, Soror & mater est. Hujus et-
am rei rationem reddit elegantem Bern-
hardus sermon. 7, in Cantic. cum ait: So- *Bernh. ser.*
ror quidem est, quia ex uno Patre, sponsa, *7. in Cant.*
quia in uno Spiritu Christo conjuncta est,
nam si carnale matrimonium duos con-
stituat in carne unâ, cur non magis spiri-
tualis copula duos conjungat in uno spi-
ritu.

Theodoretus dicit; Sponsam vocari *Theodor.*
hortum conclusum, & fontem obsigna-
tum, quod munita sit, & nullis insidijs
exposita, *ideoq; portæ inferni contra eam* *Matt. 16, 18.*
non prævalebunt Matth. 16. Et montes sunt
circa Ierusalem, & Dominus circa populum *Psal. 125. 2.*
suum & nunc & usq; in seculum Psalm. 125. *Zach. 2. 5.*
Item Zachar. 2. Ero ei murus igneus, dixit *c. 9. 8.*
Deus, circum & in gloriam ero in medio ejus.
Et cap. 9. Castrametabor domui meæ &c. Hic
hortus & fons est seris obductus, & pro-
tectionis DEI sigillo obsignatus, & ab o-
mnium hostium incursu munitus. Chri-
stus non talem sibi in matrimonium ele-
git Sponsam, *quæ omni transeunti pedes su-*
os divaricaret Ezech. 16. nec, quæ mundo *Ezech. 16. 25*
& Diabolo cor suum aperiret, sed talem,
quæ sibi soli, Deus enim est Zelotes Deus
cui duplex cor abominatur, si ejus es spō-
sa, ei debes soli adhærere, & non utroq; pe-
te claudicare.

(*propagines tuæ Paradysus est malorum*
V. 13. *Punicorum, cum fructu dulcedi-*
num, cypri cum nardis. Nardi &
V. 14. *croci, calami odorati, & Cinnamomi*
cum omnibus arboribus thuris: myr-
rhæ & aloës, cum omnibus præstan-
tissimis aromatum.)

Hîc alludit sponsus ad Paradisum voluptatis in Oriente situm omnibus odoriferis herbis & arboribus refertissimum, in quo inprimis erat arbor vitæ, & arbor scientiæ boni & mali, & fructus desiderabilis visu, esuq; suavissimus, cui hortorum Adamum custodem ac Dominum præfecit Deus cui insuper mandatum dedit uti his herbis odoriferis, ac fructum omnium arborum comedere, excepto fructu arboris scientiæ boni & mali (quæ sup) arbor mala dicitur, non à naturâ, sed ab eventu miserabili, ut ait Angustinus.) Seos his bonis abusus Adam, ideoq; Paradiso expulsus horâ 9. die sexto ut aliqui putan
August. quo die etiam creatus horâ sexta credi tur, Sic CHRISTUS non solùm in Oriente, verùm etiam in Occidente, Meridie & Septentrione sibi Paradisum delitiarum, id est, Ecclesiam elegit, quam velut alter Adam non destruit, sed ædificat

elapiiqala

elapidat, plantat & rigat, in quâ sunt mala punica, fructus dulcedinum, cyprus, nardus, crocus, calamus, odoratus, cinnamomum, thus, myrrha, aloës, & omnia præstantissima aromata, id est, divisiones mysteriorum & donorum, ut *Paulus ait* 1. *Cor. 12. 7, 8. Uluicuiq; datur manifestatio Spiritus, nam huic quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ, alij fides, alij dona sanationum, alij efficacia potentiarum, alij prophetia, alij discretiones Spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio linguarum.* 1 Cor. 12. 7. 8.

Et alius est Doctor, alius Apostolus, alius Propheta, alius concionator, alius auditor, alius qui administrat, alius qui sacrificat. Vel si mavis in hac Ecclesiâ sunt fides, spes, Charitas, patientia, humilitas, mansuetudo, oratio, & corporis mortificatio &c. In quâ etiam est arbor vitæ, id est, CHRISTUS ipse, qui verè est vita. Vescentibus de arbore vitæ, longæva vita parata fuit, quia divinitus accepit hanc vim, ut, qui ex eius fructu comederit, corpus stabili sanitate, & perpetuâ soliditate firmaretur, ut Augustinus testatur: Sic qui hunc vitæ arboris desideratissimum ac suavissimum fructum CHRISTUM comederit, qui Augustin.

verè est Ecclesiæ fructus dulcedinum ac deliciarum, hujus comedentis anima est paradisus DEI, plantatus in vitam æternam, *ideoq; transivit à morte in vitam, neq; esuriet, neq; sitiet in æternum* Ioh. 6.

Ioh. 6. 35.

(*O fons hortorum, puteus aquarum viventium; & fluentium è Libano.*)

Vers. 15.

1. Hæc de sponsâ interpretari possunt, quæ est *hortus Dei lapidibus pretiosis consitus* Ezech. 28. *& hortus irriguus, ut est Esai. 58. & Ier. 31. Et eris veluti hortus irriguus, & sicut exitus aquarum. Huic horto DEUS dat verbi divinipotum, & in ebriat ejus viriditatem instam adeò, ut facta est ejus fossa in fluvium, & fluvius in mare Syrac. 24. ac fit in eâ fons aquæ salientis in vitam æternam Iohan. 4. & flumina de ventre ejus fluunt aquæ vitæ c. 7.*

Ezec. 28. 13. Es. 58. 11. Ier. 31. 12. Syrac. 24. 41, 42. Ioh. 4. 14. c. 7. v. 38.

2. De Christo ipso, qui sane cum verbo suo est solus fons & puteus aquarum viventium, id sacræ literæ satis comprobant. Iohann. 7. *clamabat Iesus dicens: si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et c. 4 omnis qui bibit ex aquâ, quam ei dabo, non sitiet in æternum Apoc. 22. Et qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Et Esai. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis. Et c. 55. Omnis sitiens ite ad aquas, & cui non est argentum, emat &c. comedat absq;*

Ioh. 7. v. 37. C. 4. v. 14. Apoc. 22. 17. Esai. 12. v. 3. c. 55. v. 10.

argen-

argento & pretio vinum & lac. Et c. 44. Ef- c. 44. v. 3.
fundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſu-
per aridam. Et c. 35. Sciſcæ ſunt in deſerto a- c. 35. 6.
quæ, & flamma in ſolitudine, & erit locus ari-
dus in ſtagnum, & ſitis in ſcaturigines aqua-
rum. Et c. 43. & Zach. 14 egredientur aquæ c. 43. 20.
viuæ de Ieruſalem, id eſt, Chriſtus cum gratiâ Zach. 14. 8.
& Evangelij promiſſionibus, quia ipſe eſt vena
latens domui David, & habitatoribus Ieruſa- c. 14. 1.
lem c. 14. Et apud eum eſt vena Vitæ Pſal. 36. Pſ. 36. 10.
Nos ergo derelinquemus venam aquarum viven-
tium, & fodiamus nobis ciſternas fractas, non
continentes aquas Ierem. 2. Hæc aqua de- Ier. 2. 13.
scendit è Libano cum ſummo impetu,
cum Chriſtus egreſſus eſt tanquam Sponſus
de thalamo ſuo, & exultavit, ut Gigas ad cur-
rendum viam ſuam Pſalm. 19. vel cum die Pſa. 19. 6.
Pentecoſtes, quando Spiritus Sanctus re-
pente è cœlo venit, tanquam impetu veni- Actor. 2, 2.
entis flatus vehementis Actor 2. qui etiam in Eſa. 44. 3.
ſacris literis aquæ confertur Iſaiæ 44.

Exſurge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, fluant aromata illius: veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum dulcedinum ſuarum. V. 16.

Origenianus & Per Aquilonem, & Per

Per auſtrum intelligit Spiritum Sanctum; Sed potius ſequemur tres patres apud Theodoretum, qui ita explicant: Eaceſſe Spiritus improbiſſime, qui animas perturbationibus quaſi Aquilonis flatibus affligis: Et veni, ſanctiſſime Spiritus, qui eas gratiæ tuæ donis auris Auſtri ſalutaribus calefacis. Et Gillebertum Abbatem ſerm. 38. in Cantic. qui ait: Foris Aquilo furens, intus Auſter fovens, fremit Aquilo & tumultuatur foris: tantummodò hortus intus non perflet: intrò non penetret: intimam quæ in Chriſto non conſtringat cordis læticiam. Et quod per Aquilonem non poteſt intelligi Spiritus Sanctus: Sed vel Diabolus, vel pœna aliqua propter peccatum; hi ſcripturæ ſacræ loci demonſtrabunt *Ierem. 1. Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ; & c. 4. malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Et c. 10. v. 22. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terrâ Aquilonis.* Auſter eſt calidus & humidus: Sic Spiritus Sanctus eſt ille, qui corda noſtra amore æſtuare facit erga Deum & Proximum, *& oculis noſtris venam lacrymarum, ut deflere poſſumus die ac nocte peccata noſtra Ier. 9. ac cum os noſtrum uſtulatum eſt ab æſtu peccati Iob. 30. tunc ipſe eſt animæ no-*

Gilb. ſerm. 38. in Cant.

Ier 1. 14. c. 4. 6. 6. 10. v. 22.

Iere. 9. v 1. Iob. 30. 30.

mæ nostræ suave refrigerium, quare Gillebertus Abbas ~~serm.~~ 36. in Cantic. ait: ô dulcis Auster & verè optabilis, cujus Spiritu hyemalis rigoris horrida solvitur facies: & jucundæ novitatis verna temperies arridet in hortis, Et nova temperies, & autumnalis ubertas. Et post pauca mitte hunc Spiritum nobis, Domine, qui post Aquilonis horrorem hortum nova facie vestiat: luctum nostrum, nostrum vertat in gaudium: aquilo stringit, auster resolvit, ac conscientiam exhilarat & replet. *Ser. 39. in Cant.*

Tertullianus igitur libro de Trinitat. vocat Spiritum S. operatorem secundæ nativitatis ex aquis, consecratorem cœlestis nativitatis, pignus promissæ hæreditatis, chirographum æternæ salutis, & sanctitatis effectorem, qui ad æternitatis & immortalitatis resurrectionem nos perducit. *Tertul. lib. de Trinit.*

Et Basilius l. de Spiritu S. c. 15. ait: Per Spiritum Sanctum datur in Paradisum, restitutio, in regnum cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reversio: Datur fiducia Deum appellandi Patrem suum, consortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse. *Hinc sapient. 11. ô quàm bonus & suavis est Spiritus tuus, Domine, in omnibus, hic* *Basilius.* *Sap. 11. v. 1.*

Spiri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Eph.1.v.14. *Spiritus est pignus hæreditatis nostræ* Eph: 1. *hinc pro nobis intercedit gemitibus inenarrabilibus*

Rom.8.15.26 Rom 8. *& per hunc clamamus: Abba Pater.*

Hic Paracletus dat pignus salutis, robur fidei vitæ, scientiæ lumen. Bernh. Hic perflat hortum nostrum, id est, nostram animam, *& ubi vult, spirat, licet vocem ejus non audimus, nec scimus, unde veniat, aut quo vadat* Ioh.3.8. Hic facit aromata nostra fluere, id est, nostra bona opera adjuvat, confortat, confirmat ac coronat. Hic est in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium, ipse sanat, quod est saucium, flectit quod est devium, rigat, quod est aridum, fovet, quod est frigidum, lavat, quod est sordidum, idq; per sanguinem Christi. *Ne igitur contristemus S. S. Dei, in quo obsignati sumus in diem Redemtionis* Ephes. 4. 30.

Bernhard.

Eph. 4. 30.

Sed oremus cum Gilleberto Abbate, sermon 30, in Cantic. ubi ait: VENI JESU bone, perfla hortum, ut fluant aromata ejus, sicut torrens in Austro. Ipsa est hortus, esto tu Auster, te irrigante erit anima ejus, sicut hortus irriguus: te flante non deficient aromatismo ejus.

Gillebertus.

Veniat dilectus meus in hortum suum) Gregorius ait: Venit in hortum nostrum, quando Christus mentes nostras

ſtras viſitat, & bonorum operum delectatione ſe ſatiat. *Sicut oleum itaq; & ros deſcende ſuper montem Sion Pſal. 133. Veni in Eccleſiam tuam, eam fodi, planta, riga, ut uvas & non labruſcas ex eâ accipias Eſai. 5.2. Veni deſideratus cunctis gentibus,* ac comede fructum delitiarum tuarum Haggæi 2. Pſal.133.3. Eſai.5.2. Hagg.2.8. Tu dixiſti ſupra in hoc capite, me eſſe fructum deliciarum tuarum; eja, benè res ſe habet, juxta verbum tuum ſum ego dulcedo tua, imò delicitiæ, deſiderium, pulchritudo, amor, odor tuus graciſſimus, ſcaturigo & hortus tuus, inviſe igitur hunc tuum hortum, ama pulchritudinem & amorem tuum, concupiſce deſiderium tuum, fruere delitiis & dulcedine tuâ, veſcere fructu dulcedinum tuarum, ſiti ſalutem ſcaturiginis tuæ. Sic omnis anima debet orare. 1. Sapienter, id eſt, rectè ut oratio fundamento ſacrarum literarum nitatur. 2. Fortiter, nihil hæſitans, quin DEUS in adjutorium ſibi aſſurgat. 3. Amanter, ita ut non Deum iratum, & inimicum ſibi aſſurgat. 3. Amanter, ita ut non Deum iratum, & inimicum ſibi ſtatuat, ſed placatum, amicum & ſponſum chariſſimum, qui ſuâ oratione ſaucietur, ferculis ſuis quaſi ſaginetur, conſortio

ſuo

suo delectetur, suâ lacrymarum venâ quâ-
Bernh. ser. 74. in Cant. si inebrietur, quarè divinè ait Bernhard. ser. 74. in Cant. anima amans fertur votis, trahitur desiderijs, dissimulat merita, majestati oculos claudit; aperit voluptati; ponens in salutari & fiducialiter in eo os agens. Intrepida deniq; & inverecunda revocat verbum, cum fiducia repetit delicias suas: Solitâ libertate vocans eum non Dominum, sed dilectum.

CAPUT V.

Vers. 1. *(Veni in hortum meum, Soror mea Sponsa, messui myrrham meam cum aromate meo, comedi favum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite, amici, bibite & inebriate vos Charissimi.)*

Sponsa orabat, veniat dilectus meus ipse statim respondet: veni, cum ipsa clamat: veniat: respondet: *ecce, ego adsum* Es. 52. v. 9. Excitet igitur nos ad orandum Es. 58. v. 9. ineffabilis Christi misericordia, mirabilis benignitas, promtissima voluntas, & inexhausta liberalitas, plus vult ille dare quam

quàm nos accipere, plus vult misereri,
quàm nos à miseriâ liberari. Huc illud
Origenis: plus valet unus sanctus orando, *Orige. hom.*
quàm peccatores innumeri præliando *25. in Num.*
hom.25.in Num. Item Augustinus: O- *August.*
orationis puræ magna est virtus, ipsa velut
fidelis nuncius mandatum peragit, & pe-
netrat, quò caro non pervenit, de quo et-
am *Ecclesiast.35. Hinc devotè Gilliebertus Abbas* *Eccl.35.21.*
serm.40.in Cant. ait: Vehemens amator *serm. 40.*
Dominus Jesus est, ad unam invitationis *in Cant.*
vocem advolat libens in hortum Sponsæ,
sibi lectus Dei Patris: gloriâ cœli: delitiæ
Angelorum ad hortos nostros se invitari
non remittit, & ad suos reinvitare non præ-
sumit remittit. O admirabile commercium.
Sponsus in hoc horto non est otiosus, sed
laborat. Messis in sacrâ scripturâ variè su-
mitur: 1. Pro hominibus salvandis, *ut*
matt.9. Messis copiosa, operarij pauci. 2. Pro ho-
minibus damnandis Apoc.14.16. misit falcem su- *Apoc.14.16.*
am in terram, & demersa est terra. 3. Pro bo-
nis terrenis Iob.5.v.5. Messem ejus famelicus co- *Iob.5.5.*
medat. 4. Pro pœnis æternis: qui seminat, per
carnem suam metet de carne suâ corruptionem
Galat.6:5. Pro gaudio vitæ æternæ Psal.126.5. *Galat.6.8.*
qui seminant in lacrymis, in exultatione me- *Psal.126.5.*
tent. 6. Hîc pro bonis internis, seu donis Spiritûs
sancti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Licet etiam aliter hæc verba interpretari possunt, nimirum de morte & resurrectione Christi. Cum Christus est mortuus in patibulo crucis, tunc myrrham messuit, id est, acerbissimam animæ & corporis passionem sustinuit, ibi *bibit vinum iræ divinæ* Psal. 75. v. 9. *tunc comedit cibum, quem nemo discipulorum novit. Cibus enim ejus est, ut faciat id, quod vult pater, qui eum misit, & perficiat opus redemtionis* Ioh. 4.

Ioh. 4. 32, 34. *In cruce q. clamabat: Consummatum est* Ioh. 19. *Vos, itaq; charissimi, lætamini, ite, O*

Ioh. 19. 30. *comedite vinum, & lac vescimini bono, ut delectetur in crassitudine anima vestra Isaiæ 55.*

Esai. 55. v. 1, 2 *Exultate, sicut victores captâ prædâ, & sicut messores in messe, nam jugum oneris vestri, O virga humeri, & sceptrum exactoris confractum Esaiæ. 9. 3. O mei dilecti, edite, hoc est corpus meum, quod in arâ crucis pependit, bibite, hic est, sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum, & annunciabitis mortem meam, donec redeo ad judicium. Tunc qui digne corpus meum comedit & sanguinem meum bibit. sicut institui, inebrietur ab ubertate domus meæ, & torrente deliciarum potetur. Ps. 36. v. 9.*

Ps. 36. v. 9.

Quæ ebrietas (gaudium nimirum per Spiritum Sanctum in cordibus nostris excitatum) spiritualis & cœlestis

Deo

Deoq; grata sit: Temulentiam enim ex vino abominatur Deus. 1. Corinth. 6. Huc illud Bernhardi lib. de diligendo DEO: Charissimos Christus vocat charitate plenissimos, DEI sapientia ebrios laborantes, potans quiescentes, ipsa regnantes inebrians. Et post pauca; Comedite ante mortem: Bibite post mortem: inebriamini post resurrectionem. Meritò jam Charissimi; Quia charitate inebriantur: Et merito inebriati; Quia ad nuptias agni introducti sunt. Bernh. in parvis sermonibus serm. 52. ait ibidem: in prima invitatione datur cibus vulgò, & comedentes dicuntur cari & dilecti: in secunda charissimi, & datur potus, in altero nimirum statu, ubi animæ separatæ sunt à corporibus, & tamen non inebriantur. In tertia inebriantur charissimi.

1. Cor. 6. v. 10
Bernh. lib. de dil. Deo.
Bernh. sermonib. parvis serm. 52.

Tunc dominus exercituum faciet omnibus populis convivium pinguium, convivium vindemiæ, convivium ex optimis & pinguibus medullis, & absterget dominus deus omnem lachrymam ab omnibus oculis, & opprobrium populi sui auferet de universa terra:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Tunc exultabimus & lætabimur in ſalute ejus.
Eſ.25.6,8.9. Eſ.25.v.6.8.9. *Tunc inebriemur amoribus, &*
Pro. 7.v.18. *collætemur in amoribus.* Prov.7.v.18.

V.2. *(Ego dormio, & cor meum vigilat, vox dilecti mei pulſantis audita eſt, aperi mihi Soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum oppletum eſt rore, cincinni mei guttis noctis.)*

Sponſa hîc non divinæ contemplationis ſomnum dormit, ut multi opinantur, ſed peccati & ignaviæ ut ex ſequentibus verſibus liquidò conſtat. Nam ſi in contemplatione divina quaſi dormiat, non eſt neceſſe eſt, ut Sponſus pulſet, & eam ſibi aperire jubeat; tunc n. ei eſt præſentiſſimus, & intima cordis ejus penetralia intimat habitat arctiſſimè, eiq; vigilare, & non dormire dicitur, ſed quia non ſtatim aperuit, dormit non naturæ, ſed peccati ſomnum, *quare* Eph.5. *ait Paulus: expergiſcere*
Eph,5. 14. *qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus. Chriſtus venit ſicut fur; beatus ergò qui vigilat, & veſtimenta ſua cuſtodit,*
Apoc. 16. 15. *nudus ambulet, & turpitudo ejus videatur* Apoc.
16. *beati ſervi iſti, quos veniens Dominus invenerit vigilantes* Luc. 12. *Hominibus n. dormi-*
Luc.12.37. *tibus*

tibus venit inimicus, & seminat zizania Matt. Matt. 13.25.
23. Quamvis ita miserrimè in peccato
dormit Sponsa; Christus tamen suas pro-
tectionis alas non auffert ab eâ; quare Ps. Es. 37. 23.
37. dicitur: cum ceciderit benedictus, non pro
te labitur; quia Dominus sustentat manum e-
jus, Verè eam sustentat Sponsus, quam ic-
circò cor suum appellat, cum ait: Cor
meum vigilat; cor suum eum vocat; quia
syncero corde eam amavit, & cor suum
ei aperuit in arâ crucis, ubi propter ipsam
lanceâ illud transfodi volebat. In con- In conjugio
jugio hæc vox non est infrequens, & ite- sæpè unus
rata nunquam fastidium parit, quod unus alterum
alterum vocet cor suum, quâ 1. indicant cor suum
idem velle & nolle: in eo enim consi- vocat.
stit vera amicitia, ut ait Salustius. 2. suum Salust.
mutuum & flagrantissimum amorem:
sic omnis pius, qui in conjugio spirituali Locus com-
mutuum Christo vivit, dicet: Voluntatem munis.
tuam, ô Domine, ut exsequar sum para-
tus, & diligam te, Domine, virtus mea,
& x omni fortitudine mea Ps. 18. Qui hoc Psal. 18. 1.
facit, Christi cor est, & CHRISTUS
ipsius, qui semper super eum vigilet; Nam
non dormit, neq; dormitat, qui custodit Israel.
Psal. 121. Cum Sponsa adhuc dormit, venit Psal 121. 4.
Christus pulsans, & rogat, ut aperiat, e-
mq; tàm amanter alloquitur, vocans

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

eam Sororem ſuam, Columbam, amicam, integram dilectam, ut cor ejus lapideum ſuis amatorijs verbis flectat, quare Bernhardus non immeritò ait ſerm. 15. in Cantic. quàm dulciter, Domine JESU cum hominibus verſatus es, quàm abundanter multa magna bona hominibus largitus es! ô duri, obdurati, & indurati filij Adam, quos non emollit tanta flamma, tanta benignitas, tàm ingens ardor amoris, tàm vehemens amator. Hic amator *ſtat ante januam pulſans malleo verbi ſui. Si quis aperuerit ei, ad eum intrabit, & cum eo cœnabit Apoc. 3.* Jam rationem reddit, cur aperiat ei, quando ait: caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput Chriſti DEUS *est 1. Corinth. 11. ros, eſt Spiritus Sanctus, ut Pſalm. 133. v. 3. cincinni cogitationes, vel conſilia, ut ſupra dictum eſt:* guttæ noctium, ſeu pluvia, quæ guttatim cadit, eſt verbum Dei *Iſa. 55. 10. Sicut enim ros, & guttæ manè cadentes terram aridam humectant, refrigerant & nitriunt:* Sic Chriſtus cum Spiritu & verbo ſuo corda noſtra arida & ſitibunda ſuavi refrigerio refocillat, de quo *Eſai. 44. 3. effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam, effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper germina tua.*

Bernh. ſer. 15. in Cant.

Apoc. 3. 20.

Ratio, quare ſponſa aperiet.

1. Cor. 11. 23.

Pſa. 133. v. 3.

Eſ. 55. 10.

Eſ. 44. 3.

Tal

Talibus bonis *desiderium omnium gentium* afficere vult Sponsam, sed (proh dolor) sinus suos intimos haut vult recludere, ut sequens ejus responsio abundè declarat. *Hag. 2. 8.* *Responsio Sponsæ.*

(*Exui tunicam meam, quomodo induam illam, lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* *V. 3.*

Hîc misera anima somno securitatis sopita, hujusq; seculi occupationibus intricata ad nuptias agni venire non potest; quia spoliavit se veste nuptiali, id est, Christo, & fide salvificâ. Matth. 22. 12. Ô misera, verè tunicam tuam, CHRISTUM exuisti, & pedes tuos cœno peccati coinquinâsti, eò quòd pulsanti Sponso non aperuisti; si aperuisses ei, aperiendo, eum, qui est justitia tua, induisses, pedesq; tuos de lacu miseriæ, *& luto fecis* *Ierem. 23. 5.* *duxisses, atq; supra petram Christum stravisses Psalm. 40.* *Per fidem Iesum induimus* *Rom.* *Psal. 40. 3.* 3. & eo vestiti pulchri sunt gressus nostri, *Rom. 13. 14.* quàm diu fixis cordibus ejus merito acquiescimus, justiciamq; ejus nobis applicamus. Quamprimùm autem nostræ justiciæ, & proprijs meritis confidimus, continuò hoc vestimento spoliamur, & nostra peccata DEO Angelisq; ejus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Ambros. fiunt conſpicua; quare Ambroſius ait: non gloriabor, quia juſtus ſum, ſed quia redemptus ſum. Berhard. quærant alij *Benrhard.* meritum, nos invenire gratiam ſtude- *Bernh. ſerm.* mus. Et ſerm. 61. in Cantic. ait: meum *61. in Cant.* meritum miſeratio Domini: non ſum planè meriti inops: quàm diu ille miſe- rationum non fuerit, quia ſi miſericor- diæ Domini multæ, multis nihilominus in meritis ſum. Quid n. ſi multorū mihi conſcius ſim delictorū, etſi miſericordiæ Domini ab æterno in æternū, ego quoq; miſericordias Domini ab æterno in æter- num cantabo. Imò verè gaudere & exul- *Locus com-* tare poteſt omnis Chriſtianus, *quia veſti-* *munis.* *mento ſalutis, & pallio juſticiæ eſt indutus, &* *ut Sponſa viro ſuo, Chriſto ornatus Eſai. 61. qui-* *Eſ. 61. v. 10.* *cunq; enim in Chriſtum baptiſatus eſt, Chri-* *ſtum induit Gal. 3. Ad hoc nos* Paulus exhorta- *Gal. 3. 27.* tur Epheſ. 4. 22. *Deponite ſecundum priſtinam* *Pph. 4. 22.* *converſationem veterem hominem corruptum* *ſecundum deſideria erroris, & induite novum* *hominem ſecuadum Deum creatum in juſtitia* *& ſanctitate veritatis. Item Colo. 3.* O res ſtu- *Coloſ. 3. 9, 10* penda & maximè execranda! Deus vo- cat hominem ad vitam, & homo fugit vocationem, æternus ad bonorum æter- norum participationem invitat, morta- lis donum negligit, regnum cœlorum, &

janua

janua gratiæ aperitur, sed homo non vult intrare, Deus homines vult vestire, veste nuptiali, homo a. libentius in coêno vult volutari; apud Deum promptitudo paratissima, in homine autem quotidianum impedimentum.

O cœli, obstupescite super hoc, cohorrescite & desolamini vehementer, nam duo mala fecit populus meus; me derelinquerunt venam aquarum viventium, & foderunt sibi cisternas fractas, non continentes aquam Ier. 2, v. 12, 13. *Iuste igitur nobiscum potest disceptare DEUS, ut cum Israëlitis* Ierem. 2. *cum ait: quid invenerunt Patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt se â me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt &c.* Pulsantem Sponsum per verbum suum Sponsa non intromittit, utitur itaq; alijs medijs, ut est versu sequenti.

Ier. 2. 12 13.

Ierem. 2. 5.

Quomodo Sponsus intromittitur.

(Dilectus meus misit manum suam per foramen, & viscera mea tumultuârunt super eo.) V. 4.

Per hanc dilecti manum non incongruè intelligitur Spiritus Sanctus, qui Act. 11. 21. vocatur manus Domini. Et Luc. 11. v. 20. digitus DEI. Hic Spiritus Sanctus per rimam mentis conturbat viscera Sponsæ; Nam ipse est, qui mundum arguit de

Actor. 11. v. 21. Luc. 11. 20.

peccato, justitiâ, & judicio Joh. 16: ipse
Ioha.16.8. profectò monet, movet & docet: Mo-
net memoriam, movet voluntatem, &
docet rationem; nec minimam paleam
intra cordis, quod possideat, habitacu-
lum, patitur residere, sed statim igne sub-
tilissimæ circumspectionis, & compun-
ctionis exurit Spiritus dulcis & suavis
Gregor. in moral. Hic est, qui pessu-
Greg.in Moral. lum & obicem cordis ac mentis nostræ
removet, quò Christum quærere possi-
mus; sine ejus n. lumine nihil est in homi-
ne *& sine eo nemo potest dicere Dominum Ie-*
1.C.12.3. *sum 1.Cor.12. ipse est, qui Spiritui nostro conte-*
statur, quòd simus filij, & gemitibus inenarrabi-
libus pro nobis inter pellat Rom.8. Oremus ita
Rom.8.16. & 28. cum Augustino: ô spiritus Sancte, sanctū
Oratio Augustin. semper opus in me spira, ut cogitem; me
compella, ut faciam; suade, ut te diligam;
confirma me, ut te teneam: custodi me,
ne te perdam.

Sicut viscera Sponsi amore tumultu-
antur Jerem. 31. Sic Sponsæ tremore;
Ier. 31. 10. de quo etiam Habac. 3. expavit meus
Habac.3.16 venter, ad vocem palpitârunt labia mea;
Psellus. ô si requiescam in die angustiæ. Cau-
Causa tremoris Sponsæ. sam hujus tremoris Psellus posuit hanc;
quòd hominum natura minor esset;
quàm ut divinam naturam opinione aut
scien-

scientiâ queat universam comprehende-
re. Quare homo mortalis ad vocem & visum immortalis & æterni DEI terrore quodam percutitur, ut exempla demonstrant. Adam cum in Paradiso audiret vocem DEI, timuit Gen.3. Et Jacob, viso DEO, timuit, & dixit: *quàm terribilis est locus iste Gen.28.* Sic Monoah, pater Samsonis, viso Deo, cecidit in terram, super faciem suam, ac dixit uxori suæ: *moriendo moriemur, quia Deum vidimus Iudic. 13. 20.* Et *Esaias c.6. ait: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego, quia Regem exercituum viderunt oculi mei; tunc unus ex Seraphin tetigit os ejus, & recidebat iniquitas ejus, & peccatum expiabatur. Et Ezech.c.2.* Hic videmus etiam aliam causam tremoris Sponsæ, præter eam, quam Psellus dedit, quòd sit cum Isaia polluta labijs, & iccircò ad tactum Sponsi conturbata est, donec Spiritus Sanctus sua gratiâ ejus labia, os & cor tangeret, tunc ejus iniquitas est expiata. Igitur festinanter surrexit ad quærendum Sponsum, ut sequitur.

Locus communis.

Gen.3.10.

Gen. 28. 17.

Iud.13.20.

Es.c.6.v.5.

Ezech.2.1.

Alia causa tremoris sponsæ.

(*Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo, & manus meæ stillaverunt myrrham, & digiti mei myrrham liquidam super manubria seræ.*)

Nunc

Nunc Sponsa amoris stimulo concitata damnum diligentiâ resarcire conatur. Ideoq; ocyssimè surgit, ut dilecto aperiat manibus & digitis myrrhâ plenis, mortificatione nimirum carnis. Jam exagitata ad benè operandum compellitur. In schola n. vexationis & tribulationis didicit (proh dolor) propria experientia, quàm horrenda & miseranda res sit, Christi dulci aspectu privari, & melius homini nihil hominem non esse, quàm sine eo esse, omnemq; inopiam ibi esse, ubi ipse non sit.

Locus communis. *Crux & afflictio vitæ fons.*

Quare hoc DEI flagello admonita nunc è statu miseriæ & peccati vult surgere, bonisq; operibus se exercere, corpusq; suum myrrhâ condere, id est, mortificare & *crucifigere in desiderio ac concupiscentia.* *Gal. 5.* atq; manus non aridas, sed myrrham stillantes Christo consecrare ac manubria seræ, id est, *cor lapideum de carne sua removere.* *Ezech. 36. v. 26.* quamvis nemo hominum pœnitentiam agere potest, nisi quem Deus illuminaverit & gratuitâ suâ miseratione converterit, ut ait Augustinus. *Non enim est volentis, neq; currentis; sed Dei miserentis.* *Rom. 9. v. 16.* Tamen potest gratiæ divinæ assentire, & orare *Converte me, ô Domine, & convertar.* *Ierem. 31. v. 18.*

Gal. 5. v. ult.

Ezec. 36. 26.

August. Com. 8. v. 16

Ier. 31. v. 18.

Hæc H

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Hæc conversio non de die in diem differatur: *Si enim hodiè vocem ejus audieris non obdures cor tuum. Psalm.95.v.8. Sed quæras dominum, dum inveniri potest, invoces eum, dum propè est, & derelinquas viam tuam, cogitationes tuas malas, & ad dominum convertaris. Esai.55.v.6. Verum est, quod misericordia Domini tâm magna sit ut ipse Deus. Eccles. 52.v.23.* Sed tamen hàc abutentes & procrastinantes, sæpè eâdem justo Dei judicio privantur: ut *Eccl.5.v.7. Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem; Subitò enim egredietur ira Dei, & cùm securus fueris, profligaberis, atq; in tempore ultionis eris.* Quare Bernhardus ait: Nihil pretiosius tempore, & heu! eo hodiè nihil invenitur vilius: Transivit dies salutis, & nemo recogitat: Nemo sibi perire diem & nunquam rediturum causatur. De hoc etiam Augustinus tractatu 34. in Johannem ait: Mansuetus est dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus, sed justus Dominus & verax Dominus. Largitur tibi spacium correctionis, sed tu plus amas dilationem quàm emendationem. Malus fuisti heri, bonus hodiè esto. Fecit hodiernum diem in malitiâ peregisti, vel cras mutato. Semper exspectas, & de misericordiâ Domini tibi multum polliceris:

Psf.95.v.8.
Esf.55.v.6.
Eccl.2.v.23.
Ecc.5.v.7.
Bernh.
Auguſt.Trā. 34.in Ioh.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ceris: quasi ille, qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit etiam longiorem vitam? Unde scis, quid pari- et dies crastinus? quare *Eccles.4.23. observa* Eccl. 4. 23. *tempus, & cave â malo.*

V. 6. *(Aperui ego dilecto meo, sed dilectus meus subduxerat se, transierat, anima mea egressa est propter verbum ejus, quæsivi eum, sed non inveni eum, inclamavi eum, sed non respondit mihi.)*

Aditum cordis mei depulsis omnibus carnalibus voluptatibus sponso meo aperui, ac intimos animæ meæ sinus reclusi. Sed ille declinavit ac transivit: quare anima mea, veluti cera, liquefacta est, cum mihi loqueretur, quasi in ecstasim sum prolapsa, eò quod non statim aperuerim ei. Cum autē ad me redirē, incepi rursus quærere, sed non inveni, eumq; vocare sed mihi non verbum respondit: *Ah* Hos. 9. 12. *mihi, quia recessit â me Sponsus meus Hos.9.* cessavit gaudium cordis mei, & versus chorus Thre. 5. 15. *meus in luctum Thren. 5. & ideo ululabo sicut virgo accincta sacco super patronum pueritiarum suarum* Ioel. 1. 8. *Ioel.1.8.* Quare querelam illam Ier. 14. 8. 9. *Israëlitarum meritò iterem, dicens: Ierem.14.*

Quare

Quare eris veluti peregrinus in terrâ, & tanquam viator, qui declinavit ad pernoctandum. Quare futurus veluti vir attonitus, tanquam fortis, qui non poterit salvare; tu tamen Dominus noster es, & nomen tuum super nos invocatum est, ne demittas nos.

Et Esai. 54. Sicut mulier derelicta & afflicta, & veluti uxor reprobata sum. Sed tu tamen juxta verbum tuum in momento parvo derelinquis me, & in miseratione magnâ congregabis me, in modico iræ abscondisti faciem tuam, in misericordia autem autem sempiterna misereberis mei. Esa. 54. 6, 7.

Et Ierem. 30. Omnes amatores mei obliti sunt, & me non quærunt; quia plagâ crudeli percussa sum propter multitudinem iniquitatis meæ. Iere. 30. 14.

Et ideò amaritudo mea amarissima, donec amore amplexus fueris animam meam Esai 38. Esa. 38. 17.

Pro egressa est anima mea, quidam vertunt, liquefacta est ad verbum ejus in Hebræo tamen est in loquendo ipsum, quia Sponsa Christum loquentem, & ante fores pulsantem non audiebat, neq; intromittebat, quare etiam anima Sponsi quasi liquefacta est, & oculi ejus fluxerunt lacrymis, ut est Hier. 13. Si non audieritis hoc, in occultis plorabit anima mea, & lacry- Ier. 13. v. 17.

mando

mando lacrymabitur, & deſcendet oculus meus
c.14.17. in lacrymam. Et.c. 14. Deſcendant oculi mei in
lacrymam nocte & die, & non taceant, quia
contritione magnâ contrita eſt virgo populi
mei. O verè dulcè Cor, quod noſtris mo-
vetur affectibus, quomodo hanc amoris
viciſſitudinem rependamus? Quis dabet
capiti noſtro aquas, & oculis noſtris venr lacry-
Ierem.6.1. marum, ut fleamus die ac nocte Ier.9.v.1 Ut ri-
vi aquarum deſcendant oculi noſtri, fluant &
non taceant ſine intermiſſione, donec aſpiciat &
videat Dominus è cœlis. Thren. 3. amariſicemu
Thren.3.48, nos in fletu Eſa 22. Fletus deducant ocul
49,50. no ri, & liqueſcat anima noſtra ign
Eſai.22.4. c npaſſionis ſuper contritionem amabi
Bernhar: de lis viri hujus Bernhard. de paſſion. Domi
paſs.domini ni. Amemus illum, quia prius & plus dile
xit nos; non exigunt hæc tempora, ut
ſanguinem effundemus. Animam noſtr
effundemus, & cor noſtrum ſicut aquam
Gilleb.ſerm. 18. in Cant. Gilleb.ſer.18. in Cant.

(Quæſivi, & non inveni.)

Hoſeas ait c.5. Ibunt ad quærendum Domi
Hoſ.5.6. num & non invenient, quia ſubtraxit ſe ab il
lis. Sed quomodo quæramus, ut invenia
Ier.29.13. mus, docet Ierem.c.29. quæretis me, & inve
nietis, cum quæſieritis me in toto corde veſtro, C
inveniar â vobis. Et Moſes Deut: 4. quæres D
Deut.4.29. minu

minum & Deum tuum, & invenies eum cum quæsieris toto corde & totâ animâ.

Et Bernhard serm. 2. ad fratres: Si nolumus frustrà quærere Dominum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quęramus perseveranter, ut nec pro illo quæramus aliud: nec cum illo aliud, sed nec ab illo ad aliud convertamur. Facilius enim est coêlum & terram transire, quàm sic quærens non inveniat, sic pulsans non accipiat, & sic petenti non aperiatur. *Bernh. ser. 2. ad fratres*

Oremus itaq; cum Augustino meditat. 1. Domine, Deus meus, da cordi meo tè desiderare, desiderando quærere, quærendo invenire, inveniendo amare, amando mala mea redempta non iterare. *Sic exaudebunt quærentes Dominum, & vivet cor verum Ps. 69.* *August. meditat. cap. 1.* *Ps. 69. 33.*

(*Vocavi, sed non respondit mihi.*)

Quia oratio non potest ad coêlum pervenire, si fuerit homo onustus occupationibus, negotijs mundanis, cùm illa valde orationi repugnent, ut ait Augustin. his lege Esdr. 4. c. 1. v. 25, 26. & Prov. 1. rem. 2. *Habeamus itaq; lucernas nostras ardentes cum quinq; sapientibus Virginibus, ut consum pulsantem absq; ulla dilationis injuria* *August.* *Esdr. 4. c. 1. 25, 26.* *Pro. 1. 24, 28* *Ier. 2, 27.*

Matt.25.20. Pſ.24.7. *ria poſſimus intromittere Matt. 25. & ingredi-atur in thalamum ſuum Rex gloriæ Pſalm. 24.*

eoq; fruamur ad jucunditatem, eumqp

Bernhard. de inter. dom.c.69. poſſideamus ad nobilitatem. Quar Bernhard. de inter. domo c.69. ait: quam ta eſt nobilitas animæ, JESUM haber ſponſum: Sancta ergò anima, & ver Sponſi amica, ad dilecti ſui adventum ſummo cum deſiderio ſemper debet im hiare, atq; parata & expedita eſſe, ut pu ſantem amicum absq; ulla injuria dilat onis poſſit ſuſcipere, & vocanti cum o mni alacritate occurrere. Sed de his plu vide ſupra c.3: v. 2,3.

℣. 7. (*Invenerunt me cuſtodes, qui circu eunt civitatem, percuſſerunt me vulneraverunt me, abſtuleruut pa lium meum à me cuſtodes mur rum.*)

Per hos murorum & civitatis cuſto

Gilleb.ſer. 45.in Cant. Theod. Pſellus. Orgelit. Cum Gilleberto ſerm. 45. in Cantic. Doctores & Concionatores interpretam (ſalvâ tamen auctoritate Theodoreti, Magiſtratum & Tyrannos, Pſelli qui A gelos, Orgelitani qui ſapientes ſive po ſtates ſeculi, & aliorum quorundam, Diabolos, vel ejus membra intelligu qui Adamum & nos omnes in Parad

H

pallio justiciæ & immortalitatis spoliârunt) qui ita ait: tunc me inveniunt custodes civitatis, Doctores seculi: cum meos in eorum scriptis mores invenio: tunc me inveniunt, cum meos mores & vitia depingunt, cum discutiunt, cum vulnerant, cum increpant. Sancti scriptores sunt quasi custodes Jerusalem, quæ est Ecclesia.

Quoties mea vitia lego, quasi inventum me, deprehensum puto. Hi gladio verbi divini ad compunctionem percutiunt, & vulnerant, *quod penetrabilius omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad divisionem animæ & Spiritus compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis Hebr.4.quod etiam est, ut ignis, & malleus conterens petras Ier.23.* Hebr.4.12. Ier.23.29.

Nos omnes miserabilem Sponsæ conditionem & calamitem deploremus; nam aut tales sumus, aut possumus fieri, ut quærimus Christum, & non invenimus, aut quæsivimus, & non invenimus, ut quæsituri, & non inventuri; tamen non spem omnem statim abjiciamus, sed semper cum sponsa pergemus quærere, donec quæsitum invenimus, & inventũ possidemus. *Locus communis. Omnes calamitatem sponsæ deplorent.*

Adju-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Obtestatio sponsæ, V. 8.

(*Adjuro vos, filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, quòd indicetis ei! quòd ægra amore sum ego.*)

O filiæ Jerusalem, quæ estis ex semine Abrahæ secundum spiritum, per Deum, & divini amoris vim, vos juramento meo obstringo, ut, si inveneritis Sponsum meum, cujus amoris telo & sagittâ electa, acutâq; sum transfixa, renuncietis ei, quòd amore langueo. Hoc charitatis languore laboravit David cum ait *Ps. 73. Cum te habeam, ô Deus non curo cœlum & terram; defecit caro mea, & cor meum; rupes cordis mei, & pars mea, Deus in seculum.* Et Paulus cum ait: *Rom. 8. quis nos separabit â Christi caritate &c.* Hac charitatis sagittâ sauciatus erat Johannes, cum in coêna super pectus Jesu recubuisset Joh. 21. Et Moses cum ait: Exod. 33. *Domine, fac me, quæso videre gloriam tuam.*

Ps. 73. 25, 26.

Rom. 8. 35.

Joh. 21. 20.

Ex. 33. 18.

Et Augustin. in soliloq. c. 1. Cum ait: Concupiscit, & deficit anima mea, de memoria tui. Sed cur faciem tuam abscondis? forte dices mihi, non videbit me homo, & vivet. Eja Domine, moriar, ut te videam: videam, ut hîc moriar. Nolo vivere, volo mori; dissolvi cupio, & esse

August. sol. cap. 1.

Cum

cum Christo : mori desidero, ut videam Christum : vivere renuo, ut vivam cum Christo, Gaudium meum attrahe cor meum, dulcis cibus meus, comedam te. O felix languor amoris, qui non versatur in infirmitate, sed in jucunditate.

Quid est dilectus tuus præ alio dilecto, ô pulcherrima fœminarum? quid est dilectus tuus præ dilecto alio, quid sic adjurasti nos.) *Quæstio sodalium sponsæ. V. 9.*

Trito dicitur proverbio : Ignoti nulla cupido ; hoc verum esse, confirmant sodales Sponsæ, qui Christum ignotum & inexpertum non appetant, sed insatiabile Sponsæ desiderium admirentur, ideoq; quærunt, quare tàm devotè & vehementer eos obtestata sit, qualemve habeat dilectum, siquidem omnium obliviscitur, ejus solùm meminit. q.d. an Sponsus ejus est gemmis pretiosior, auro præstantior, crystallo clarior, Sole splendidior, an Joseph castior, Simsone fortior, Davide religiosior, Solomone ditior & sapientior, Absolone formosior, Johanne Evangelista amabilior, an nihil creati cupiditatem suam satiare potest, an omnia tibi præter illum displicent? Hic tanquam in

speculo videmus omnes, in quibus non
operatur Spiritus Sanctus, nescire verbi
Dei delitias; contrà illos, qui verbum
Dei noctu interdiuq; meditantur, ac sæ-
pissimè legunt & audiunt, *haberet regnum*
Dei intra se Luc. 17. 21. *Et spiritus Sanctus spi-*
Luc. 17. 21. *ritui eorum contestatur, quòd sint filij & Here-*
Rom. 8. 16. *des DEI, & cohæredes Christi* Rom. 8. imò gu-
stum vitæ æternæ labijs primoribus gu-
stant, *ac sunt filij Dei, licet nondum apparuit*
1. Ioh. 3. 2. *1. Ioh. 3. hoc enim est manna absconditum, &*
calculus albus, in quo novum nomen scriptum
Apoc. 2. 17. *est, quod nemo novit, nisi qui accipit* Apo-
cal. 2.

(Dilectus meus candidus & rubicun-
V. 10. *dus, electus à decem millibus.)*

Christus est candidus divinitate, & ru-
bicundus humanitate, *est lux vera, qui il-*
luminat omnem hominem, venientem in mun-
Ioh. 1. 9. *dum,* Ioh. 1. & candor æternus & splendor glo-
riæ, characterq; substantiæ patris, qui porta-
Hebr. 1. 3. *omnia verbo virtutis suæ* Hebr. 1. 3. *cujus egre-*
Mich. 5. v. 2. *sus est à diebus æternitatis* Mich. 5. *in princip.*
enim erat verbum, & verbum erat apud Deu-
Ioh. 1. v. 1. Ioh. 1. *quare ipse ait* Prov. 8. *Iehova possedit m-*
Pro. 8. 22, 23. *à principio viarum suarum, à seculo princip.*
tum habui, ab initio ante terram.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Hic candidus Deus factus est homo ru-
bicundus; *in vino enim lavavit stolam suam,*
& in sanguine uvarum operimentum suum, ru-
bicundior oculis præ vino, & candidior dénti-
bus præ lacte Genes. 49. & Esai. 63. quis est iste, Ge. 49. 11, 12.
qui venit ex Edom rubrefactis vestibus, quare Es. 63. 1, 2.
rubrum vestimentum tuum, sicut calcandis
torcular?

3) *(Electus est inter decem millia.)*

Hic numerus finitus pro infinito mo-
re sacræ Scripturæ ponitur. Christus enim
electus est inter omnes in universum ho-
mines, nemo hominum fuit, qui iram
Dei, legis execrationem, peccata totius
generis humani portare & sustinere potu-
isset nec omnes homines simul, *Vir n. non*
poterat redimere fratrem suum nec Deo dare
propitiationem suam. Ps. 49. v. 7. imò ne qui-
dem omnes Angeli Dei, siquidem infi-
nitus & immensus Deus erat offensus. De-
beret ergò esse infinitæ redēptionis pre-
tium. Justicia enim Dei requirebat, ut res
justè ageretur, & ut tale esset λύτρον, qua-
lis fuit offensa. Veritas quoq; Dei exige-
bat, ut omnes homines omninò more-
rentur, ne Deus argueretur mendacij,
quandoquidem dixit in Paradiso: *Si co-*
mederitis de fructu vetito, morte morie- Gen. 2. 17
mini. Mandatum Dei (proh dolor) violatū;

qua re neceſſum fuit, ut aut omnes homines morerentur, aut talis, qui non fuit merus homo, ſed & immenſus DEUS, Deus igitur incarnatus eſt & in ſua carne eſt immolatus, & mortuus pro iniquitatibus generis humani, & ſic juſticiæ & veritati Dei ſatisfactum eſt, ut ait Pſaltes *Pſ.85.* *Pſ.85. miſericordia & veritas obviaverunt ſibi: juſtitia & Pax ſe invicem oſculatæ ſunt.* Chriſtus igitur ſolus ille eſt, qui juſticiam & pacem veritatem & miſericordiam reconciliavit. *Solus torcular calcavit, virumq; ſecum non habuit Eſa.63.* *Eſa.93.3.* *Pſ.35.* *Sion jam in judicio redempta eſt, & converſi ejus in juſticia* *Pſ.35.13.* *Eſ.1.27.* *Eſ.1. quia vita ejus ſuſpenſa eſt ei ê regione* *Deut.28.66* Deut. 28. Et Deus eſt illa vita, vita hæc dat dulcedinem, ſed ſeipſam de ſeipſa Bernhardo. *Bernh.* Et Auguſtinus in Homil. 50. hom. 35. ait: *Auguſtin. in Hom. 50. homil. 35.* non poterat mors mori, niſi in vita, & vita induta erat morte, crucifixus eſt, occiſus eſt, mortuus, & reſurrexit tua vita interfecta morte. Hoc igitur mirabitur omne ſeculum, ante ſecula, vitam ſuſpendi in ſeculo & mori. Vita ſuſpenditur, & Deus vita, Deus ergò ſuſpenditur, vita moritur, & Deus vita; ergò Deus moritur, moritur inquam, & tu vita es. O felix germine lignum, quod meruit portare Deum! proh quanta gloria eſt.

O quàm

O quàm pretiosa igitur est redemptiò animæ nostræ, Psal. 49. Respirate itaq; perditi, ait Bernhard. serm. 2. de adv. Domini. Vestra natura assumta est à λόγῳ; vos igitur redemit, vos glorificavit, animam habet, quæ compati potest, verè passus est, per omnia tentatus, ideoq; nobis fratribus succurret promptius; noli fugere Adam, quia nobiscum Deus, ne timeas, homo, nec audito nomine Dei terrearis, quia Deus nobiscum. Dicamus etiam cum Damasceno l. 4. c. 4. in fin. de ort. fide: Euge! CHRISTE, Dei verbum, & sapientia, & virtus, & Deus Omnipotens, quid tibi nos pauperes pro his retribuemus? Tua enim omnia, & à nobis petis nihil, nisi salvare. Ipse etiam hoc das, & accipientibus gratiam habes propter ineffabilem bonitatem tuam. Tibi gratia, quod esse dedisti, & benè esse largitus es, & illos, qui èx illo deciderunt, rursus erigens ad illud, propter ineffabilem condescensionem & misericordiam.

Pſ. 49. v. 8. Bernh. ſer. 2. de adven. Domini. Damaſ. lib. 4. cap. 4. in fin. de ort. fide.

Nec silentio obruendum videtur, quod in Ebræo דְּגוּל non significat electum, sed vexillatum, seu vexillarium, à radice דָּגַל hoc est, vexillu merigere, quo Sponsi pro Ecclesia pugna indicatur. Hic amicus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

1.Tim.6.16. cus noſter candidus, *qui habitat in luce inacceſſa* 1.Tim.6. & in tempore in ara crucis ruber factus, aſſiduè Eccleſiam vexillo verbi ſui regit, & gubernat, proq; ea ſtrenuè ut vexillarius, vel ut Princeps exer-
Ioſ.5.14,15. cituum pugnat, ut eſt, Ioſ.5. *Levavit Ioſua oculos ſuos, ac vidit, & ecce vir ſtabit contra eum, in cujus manu erat gladius evaginatus, eiq; dixit, Ioſua: ex noſtris es an ex adverſarijs? cui Reſpondit*: Non, *ſed ſum princeps exercitus* Iehovæ.

V.11. *(Caput ejus aurum obrizum, cincinni ejus criſpi, nigri ut corvus.)*

1.Cor.11.3. Caput Chriſti Deus eſt 1.Corint.11. qui hîc cum auro confertur. Ut enim omnes aurum diligunt & expetunt: Sic Deum diligamus toto corde, totâ animâ, ex o-
Matt.22.37. mnibus viribus Matth. 22. quia Deus cum ſuo verbo eſt *auro obrizo deſiderabilior, &*
Pſal.16.v.11 *dulcior melle & liquore favorum Pſ.19.11.*

Per criſpos capillos intelliguntur conſilia & cogitationes DEI, ut ſuprà dictum eſt, & dicuntur nigri, ut corvus; quia homo ea non capit: *poſuit enim obſcuritatem latibulum ſuum, &*
Pſ.18.12. *tenebroſitatem aquarum in nubibus* Pſalm.18. *& ejus conſilia ſunt abyſſus multa; quis enim mentem Domini co-*
Rom.11.35. *gnovit, aut quis fuit ei â conſilijs?* Rom.11.

quia

quis enim poterit cogitare consilium DEI *Sap.* *Sap. 9. 13.*
9. quis ejus Consiliarius fuit, cum quo inivit
consilium, & instruxit eum? Es. 40. Cum *Es. 40. 13.*
DEI consilia adeò sint nigra, & viæ ejus
inperveſtigabiles, eas non rimemus, ſed
clauſis oculis credamus, & adoremus,
(ſcrutator enim gloriæ; opprimitur à gloria)
& dicamus cum Paulo Rom. 11. ô profundi- *Prov. 25. 27.*
tas divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ *Rom. 11. 33.*
DEI.

Quidam tamen per hos capillos invo-
lutos Apoſtolos & coêtum fidelium, qui-
dam autem ſimpliciter juxta literam ca-
piunt, quibus vix credere poſſumus, cum
Nicephorus (antiquorum relatione) ſcri- *Nicepb.*
bat, Chriſtum aluiſſe comam prolixam
more Nazareorum, quæ quidem fuit
contorta & criſpa, ſed ſubflava, &
barbam ejuſdam coloris biſurcatam,
ſupercilia nigra, oculos valdè gratio-
ſos.

(Oculi ejus, ut columbæ juxta torren- *V. 17.*
tes aquarum, laventes ſe lacte, ſeden-
tes juxta plenitudinem.)

Hæc verba bifariam poſſunt explicari.
1. De ipſo Chriſto, cujus typus erat *1.*
columba, quam Noah ex Arca circa
veſpe-

vesperam emisit, ut experiret, an aquæ die-
luvij essent super terram alleviatæ, *quæ re-*
Gen. 8. 11. *versa in ore folium olivæ tenuit Gen. 8. 11.* Sic
Christus à patre in fine seculi emissus, ut
Iræ divinæ diluvium deleret, ad nos cum
folio olivæ, id est, præclaris promissioni-
bus venit. Per oculos ejus, providentia,
quâ omnia gubernet & videat, intelligi-
tur. Insuper dicitur habitare juxta rivos
aquarum; cum *apud eum sit fons vitæ, tor-*
Ps. 36. 9, 10. *rentẽq; delitiarum nos potat Ps. 36. ac sanguine*
suo quasi lacte quodam nos lavet ab omnibus in-
1. Ioh. 1. 8. *iquitatibus nostris 1. Ioh. 1. Omnis ergo sitiens*
Es. 55. 1. *jam comedat, & bibat vinum, & lac absq; ar-*
gento Es. 55. 1.

Dicitur porrò residere juxta fluenta pleniſſima; nam ipse *scindit aquas in deser-*
to, & flumina in solitudine, facitq; locum ari-
dum in stagnum, & sitim nostram vertit in
Es. 35. 6. *scaturigines aquarum Es. 35.*

2. 2. De Spiritu Sancto interpretari pos-
sunt, qui visibili columbæ specie in bapti-
smo super Christum descendebat Matth.
Matt. 3. 16. 3. Per oculos ejusdem charismata, ut Zac.
Zach. 3. 9. 3. dicitur: super lapidem unum septem
oculi, id est, super Christum lapidem an-
Ps. 118. 22. gularem Ps. 118. Spiritus Sanctus cum se-
Es. 11. 2. ptem donis suis requiescebat, ut est Esa. 11.
Hic idem Spiritus Sanctus dicitur tor-

rens

rens aquarum, ut est *Esa 44. effundam aquas* *Esai.44.3.*
super sitientem, & fluenta super aridam, ef-
fundam spiritum meum super semen tuum, &
benedictionem meam super germina tua. Insu-
per nos per sanguinem Christi in baptis-
mo lavat & regenerat, cordaq; nostra flu-
entis sacræ Scripturæ plenissimis rigat &
plantat secus rivos aquarum Ps. 1. Psellus *Psal.1.3.*
tamen de Prophetis interpretatur, de quo *Psellus.*
supra dictum est.

(Genæ ejus velut areola aromatis, flo- *V.13.*
res unguentariorum: labia ejus li-
lia stillantia, myrrham transeun-
tem.)

Labia & genas pulcerrimi inter filios
hominum Psal. 45. nunc Sponsa deprædi- *Ps.45.3.*
cat: per hæc Christi doctrina intelligitur
ait Theodoretus; Quod autem Chri- *Theodor.*
sti doctrina erat, ut areola aromatum; &
ut flos pigmentariorum testatus ipse
Christus *Ioh. 6. cum ait: verba, quæ ego loquor* *Ioh.6.63.*
vobis, spiritus sunt & vita. Et Petrus, cum ait:
Domine, ad quem ibimus; verba vitæ æternæ
habes, & nos credimus, & cognoscimus, quòd sis
filius Dei viventis. Imò ipsi Pharisæorum mini-
stri, qui missi erant ad capiendum illum, qui di-
cunt, nunquam sic locutus est homo, ut hic ho-

mo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Ioh.7.46. mo Iohan.7 tunc terram virga oris sui percus-
sit & spiritu labiorum suorum interfecit im-
Es.11.4. pium Esai.11.4. Et quamvis diffusa est gratia
Ps.45.3. in labijs ejus Psalm.45. tamen stillabant myr-
ham, id est, trista & mortifera verba pronun-
Ioh.16.20. ciabant, ut Iohan.16. cum ait: Amen, dico vo-
bis: plorabitis & flebitis, mundus contra gau-
debit, in mundo tribulationem habebitis. Et
Matt.10.17. Matthæi 10. tradent vos in consilia, & in Sy-
nagogis suis flagellabunt vos. Lege insuper
aversu 34. ad vers. 38. quæ verba sunt plena
myrrhæ.

2. Hæc etiam haut incommodè possunt accommodari Ecclesiæ ministris, qui
Christo labia sua mutuant, ut Christus ipse testatur eos esse sua labia, cū ait Matth.
Matt.10.21. 10.21. non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus
patris mei, qui in vobis loquitur. Hi ex sacræ
Scripturæ pharmacopolio varias ægris animabus adhibent medicinas, nullus
tam pestifer morbus unquam invenitur,
quin possint verbi divini aromate, & electuario sanare. Deus ipse, ut populo suo
salutarem medicinam adhibeant, suadet
Es.40.12. Esai.40. cum ait: consolamini, consolamini
populum meum, loquimini ad cor Ieruſalem, &
clamate, quòd placabilis facta sit iniquitas
ejus; nam suscepit de manu Domini duplicia pro
omnibus suis peccatis. Hæc Christi labia de-

bent

bent quoq; myrrham ſtillare, ut Lucas Actor. c. 14. teſtatur cum inquit: *oportet nos per multas tribulationes introire in regnum cœlorum.* Et ut Paulus 2. Tim. 3. *omnes, qui volunt piè vivere in CHRISTO IESU, perſecutionem patientur.* Et ut Petrus 1. Petr. 4. *dicit: Iudicium â Dei domo incipit.* Hanc tribulationis myrrham ſemper auditoribus ſuis inculcent, nunquam, ut Jeremias, propter probrum & diviſionem impiorum intermittentes, qui ait c. 20. *quia factus ſum in vituperium omni die, ideo non recordabor Dei, nec loquar ultra in nomine ejus, tunc fuit in corde meo (ait) tanquam ignis ardens clauſus in oſſibus meis, quem ſuſtinere non poteram.*

Act. 14. 21.
2. Tim. 3. 12.
1. Petri. 4. 17.
Ier. 20. 9.

Hæc myrrha dicitur tranſiens, quia non in Adam ſolùm diffuſa, verùm etiam in omnes poſteros ejus; & ſanè, nullus unquā pius in mundo extitit, qui hanc mortis & calamitatis myrrham non guſtavit, quare pereleganter Auguſt. ſer. 31. ad fratres in eremo ait: Surgat venerabilis pater Adam cum omnibus filijs ſuis, & uno ore loquantur, an in hac vita habuerunt gaudium ſine dolore, pacem ſine diſcordia, quietem ſine metu, ſanitatem ſine infirmitate, lucem ſine tenebris, panem ſine cura, riſum ſine fletu.

Aug. ſer. 31. ad fratres in eremo.

Manus

(*Manus ejus circuli auri plenæ tharsis, viscera ejus nitor eboris tecti Sapphiris.*)

V. 14.

Hæc Christi manus est Spiritus Sanctus, qui manus Dei dicitur Actor. 11. & digitus Dei Luc. 11. Sed quia hæc supra dicta sunt, ideò hîc aliter progrediamur, & per manum, potentiam, sive miracula Christi, exponamus quæ 33. annos, ut λόγος incarnatus in hoc mundo exercebat, quando mundavit Leprosos, sanavit ægrotos, mutos fecit loqui, surdos audire, claudos instar cervorum salire, mortuos excitavit, *Evangelizavit mansuetis, ligavit fasciâ contritos corde, prædicavit captivis liberatem, & vinctis apertionem carceris Esai. 61.* tunc manus ejus erant aureæ plenæ tharsis, id est, lapidibus pretiosis. Hic locus videtur illi consimilis, qui est Dan. 10. ubi Daniel in visione unum vidit vestitum lineis, cujus lumbi erant accincti auro obrizo, & corpus ejus sicut tharsis, id est similis auro probatissimo è tharsis allato ut hoc explicat Theodoretus in Daniel. Alij vertunt, plenæ Chrysolithis, quæ lapis Melancholiæ adversatur. Sic Christi miracula omnem Melancholiam & ἀπονίαν tollunt, quæ in sensum humanum incur-

Actor. 11. 21. Luc. 11. 20.

Esa. 61. 1.

Dan. 10. 5, 6.

Theod. in Dan.

incurrere possit, quòd Christus non sit
veri Dei filius; ut Christus ipse ait *Ioh. 10.* *Ioh.10.25.*
opera mea de me testantur, si mihi non creditis,
credite operibus meis. Quare cæcus ille natus
ait Ioh. 9. à seculo non est auditum, quòd quis a- *Iohan.9.32.*
peruerit oculos cæcinati. Si hic non esset à Deo,
non poterat facere quicquam. Et Nicodemus c. *Ioh. 3.2.*
nemo potest facere hæc signa, quæ tu facies,
nisi Deus fuerit cum eo.

Per viscera Christi, ejus misericordia *Per viscera*
denotatur, *per hæc viscera misericordiæ visi-* *Christi, mi-*
avit nos oriens ex alto Luc. 1. De hisce etiam *sericordia.*
loquitur Deus Ier. 31. Nonne filius pretiosus mi- *Luc.1.78.*
hi Ephraim, nonne natus delitiarum? recor- *Iere. 31.20.*
dando recordabor ejus adhuc, idcircò sonuerunt
viscera mea ei, miserendo miserebor ejus, ait
Dominus. Hæc Christi misericordia 1.
mum ebore, osse elephantis confertur. E-
ur enim semper candet: sic Christi mi-
ericordia lucet & apparet ijs, *qui sedent in* *Luc.1.79.*
tenebris, & umbra mortis Luc. 1.

2. Cum Sapphiro pretioso, qui lapis *2. Sapphiro*
stitutatem conservat, & cor corroborat: *pretioso.*
c Christi misericordia ideò oblata no-
est, non ut in omni lascivia & iniqui-
te vitam nostram transigeremus, & Pau-
s doctè disserit Rom. 6. cum ait: *perma-* *Rom.6.1.*
bimus itaq; in peccato, ut gratia abundet?
fit, qui enim mortui sumus peccato, quomodo

adhuc vivemus in illo? Sed ideò manifestata est, ut in novitate vitæ ambularemus.

2. Misericordia Christi, ut Sapphirus optimus corda nostra confortat. Cum enim in nobismetipsis volumus desperare, tunc in ea respiremus & vivamus ac dicamus cum filio prodigo *Luc. 15. fame hic pereamus? surgentes ibimus ad patrem nostrum, & dicemus ei; pater peccavimus in cœlum, & coram te &c.* Et si peccata nostra adeò nos gravant, ut omninò credamus nos æternum morituros: tamen Christus nos, propter hæc viscera misericordiæ suæ revocat, dicens *Ezech. 18. Ut quid moriemini domus Israël, quia non volo mortem peccatoris, revertimini & vivetis.* Quare Ambrosius ait: nemo diffidat, nemo veterum conscius delictorum præmia divina desperet, novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

Luc. 15, 10.

Ezech. 18, 31, 32.

Ambros.

(*Crura ejus columnæ marmoreæ, fundata super bases auri obryzi, aspectus ejus ut Libanon, electus ut Cedri.*)

V. 15.

Per crura & bases possunt Apostoli intelligi, qui columnæ dicuntur Galat.

Galat. 2, 9.

Sed quoniam nemo potest aliud fundamentum ponere præter id, quod positum est, qnod est IESUS CHRISTUS 1.Cor. 3. ideò hæc de eo interpretemur. Duo crura & bases meritum & satisfactionem Christi denotant, ut ait Johannes Calaguritanus, quibus totum genus humanum fulcit & portat: quare devotè ait Bernhardus ser. 3. de 7. frag. tria considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmuret jam, quantum vult, insipiens cogitatio mea dicens: quis es tu, aut quanta illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondeo: scio, cui credidi, & certus sum, quia in Charitate nimia adoptavit me, quia verax est in promissione, & potens in exhibitione.

1.Cor.3,11.

Crura meritum & satisfactionē Christi denotant.

Iob. Calag. Bernh. ser. 3. de 7. frag.

Et serm. 68. in Cantic. Hoc totum est hominis meritum, si totam suam spem ponit in eo, qui totum salvum fecit: Sufficit ad meritum scire, quòd non sufficiant merita. Qui his basibus nititur, in theatrum desperationis minimè venire potest, deficiente itaq; sapientia, justiciâ nostrâ non sufficiente, tunc Christi sola satisfactio & meritum succur-

Idem serm. 68. in cant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

succurrunt, & sublevant intrepidè. Pro-
Bernhard. inde Diabolo insultemus cum Bernhar-
do dicentes: fateor, non sum dignus ego
nec proprijs meritis possum obtinere re-
gnum cœlorum. Cæterùm duplici jure
illud obtinens Dominus meus hæredita-
te sui Patris, & merito passionis: altero i-
pse contentus alterum mihi donat, ex cu-
jus dono, jure illud mihi vendicans non
Guilh. in vita Bernh. lib. 1. c. 13. confundor. Guilhelmus Abbas in vitâ
Bernhard. l. 1. c. 13. Libanus est mons Sy-
riæ, sic dictus à candore niveo: perpetu-
is enim nivibus candet: *Sic CHRISTUS*
est candor æternus, ac splendor gloriæ, chara-
Hebr. 1. 3. *cterq; substantia patris Hebr. 1. qui habitat in*
1. Tim. 6. 16. *luce inaccessibili 1. Tim. 6. ad quam nemo perve-*
nire potest, & qui est lux vera illuminans o-
Ioh. 1. 9. *mnes homines venientes in hunc mundum Ioh.*
1. Christi itaq; adspectus est pulcherrimus inte-
Ps. 45. 3. *filios hominum Ps. 45.* Quare Bernhar-
Bernh. in lament. Mariæ. dus ait in lament. Mariæ: Christus e-
rat aspectu dulcis, colloquio suavis, & o-
mni conversatione benignissimus. Hic
est electus, ut Cedrus. Sicut enim Cedri
Libani alias arbores celsitudine, odore &
incorruptibilitate longè præcellebant:
Sic Christus primò Angelos & homine
in immensum superat; nam *est cœli cœlo-*
rum celsior, cui etiam datum est nomen supe-
omn-

omne nomen Philip.2. 2. Est odor gratissi- *Philip.2.9.*
mus vitæ iu vitam, cunctaq; aromata to-
tius Orientis antecellit.3. Incorruptibilis,
nam anima ejus non derelicta est in sepulchro,
nec sanctum ejus (corpus) vidit corruptionem
Ps. 16. *Ps.16.10.*

(*Palatum ejus dulcedines & totus ipse* *V.16.*
desideria: ipse est dilectus meus,
& ipse est amicus meus, ô *filiæ Jeru-*
salem.)

Ulterius in campum laudum Christi
progreditur Sponsa, eumq; à palati dulce-
dine commendat. Hîc per metonymiam
ponitur palatum, sive guttur, ut quidam
vertunt, pro verbo. Verbum enim Dei est
melle dulcior, & lacte nutribilior, quare *Ps.119.103.*
Psalm. 119. ait divinus Psaltes; *vuâm quã*
dulcuerunt palato meo eloquia tua præ melle
ri meo & Ps.19. Desiderabilia præ auro, & præ *Ps.19.10,11.*
brizo multo & dulcia præ melle, & liquore fa-
orum. Hac palati Christi dulcedine capti sunt
harisæorum ministri Ioh. 7.c. qui dixerunt; *Ioh.7.46.*
unquam sic locutus est homo, ut hic homo. Et
etrus Ioh.6 qui ait: Domine, ad quem ibimus, *Ioh.6.68.*
erba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & co-
novimus, quod sis filius Dei viventis. Et mulier
la, quæ vocem sustulit ac dixit: ô beatus ven-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti Luc.
Luc.11,27. 11. Et mulier Samaritana, quæ ait: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, & ve-
Ioh.4,15. niam huc ad hauriendum Iohan. 4. & v. 29.
v.29. Venite ac videte hominem, qui dixit mihi, o-
v.42. mnia, qnæ feci. Et v.42. ajunt Samaritani: scimus, quod hic est verus Salvator mundi Christus. Et Maria Soror Marthæ, quæ sedebat ad pedes Christi, hac dulcedine quasi delinita, & in eistasin rapta.

Luc.10,39. Luc.10. Sed, proh dolor, multi has verbi divini delitias fastidiunt & nauseant, de quibus Bernhardus epistol. 2. ait: heu,
Bernh. Ep.2. quomodo Christum tam citò fastidis, de quo scriptum est, lac & mel sub lingua ejus? Miror, quod ad cibi dulcissimi gustum nauseatis, si tamen gustâsti, quod dulcis est Dominus, aut certè non-dum gustâsti, & nescis, qnid sapit Christus: ideò non appetis inexpertum. Aut si gustâsti, & dulce non sapuit, sanum nõ
Ps.34,9. habes palatum, quare *Ps.34. ait Psaltes: gustate & videte, quàm suavis est Dominus: beatus, qui sperat in eo.*

Ipse totus desiderium. Nihil est in eo, quod non sit desideratissimum: totus quantus est, summis suspirijs & votis expetendus: quia est vita animæ. Sicut enim vita corporis est anima; vita anim-

est Dens. August *Quare Hagg. 2. vocatur desi-* *August.*
derium omnium gentium. Et Gen. 49. dicitur *Hag. 2, 8.*
desiderium collium æternorum. Hanc euphra- *Gen. 49, 26.*
sian, & desideratissium dilectum omnes
Viri in V. T. inexhausto & insatiabili desiderio *Gen. 4, 1*
expectabant, *ut Eva Gen. 4. Lamech c. 5. Abra-* *c. 5, 29.*
ham Ioh. 8. Iacobus Patriarcha Gen. 49. Da- *Ioh. 8, 56.*
vid Psalm. 14. & 53. Esaias c. 45, & 46. Simeon *Gen. 49, 18.*
Luc. 2. Hanna cum reliquis redemtionem I- *Ps. 14, 7.*
sraël expectantibus Luc. 2. multi Reges ac Pro- *Ps. 53, 7.*
phetæ Luc. 10. Quod tam sitienter & summo *Es. 45, 8.*
tum desiderio expectassent, in causa fuit mora *Es. 46, 1.*
& dilatio seminis contrituri caput serpentis *Luc. 2, 29.*
Gen. 3. nam ut ait Ambrosius; quò diuti- *Luc. 2. 38.*
us abest, quod desideratur, tantò expe- *Luc. 10, 24.*
ctantis desideria majori quadam vi amo- *Gen. 3, 15.*
ris igniscunt. Caro deficit, sed cupiditas *Ambros.*
litur & angetur. *Hanc cunctam salutem me-*
am, & omne desiderium meum 2. Sam. 23. pro- *2. Sa. 23, 5.*
rer quod uniuersæ mihi mundi voluptа-
es vilescunt & sordescunt, hunc, inquam,
filiæ Jerusalem, dilectum & ego impo-
enter amo, cujus ignita amoris sagittа
um vulnerata & inflammata, *ejus igitur*
ausa est omne desiderium meum Psalm. 38. *Ps 38, 10.*
sicut desiderat cervus ad fontes aquarum: *Ps. 42, 2.*
ta desiderat anima mea ad eum fontem
vum Psalm. 42. cujus nomen & memo-
iale est desiderium animæ meæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Esai.26.8. *quod etiam anima mea nocte desiderat Esai.26.* Tu, mi Sponse suavissime, qui desiderium justo-
Prov.10.23. *rum dabis Prov.10.* da ergò te ipsum mihi, tu qui es desiderium, & amor meus, imò mel suavissimum in ore, melos in aure, jubilus in corde, suavitas in mente, electuarium animæ, in æstu refrigerium, in fletu solatium, in mœrore gaudium, in tenebris lux, in errore via, in fame cibus, in siti fons, in iniquitate justicia, in inopiâ auxilium, in abjectione refugium, in bello pax, in peregrinatione hospes, in morbis medicina, in desperatione respiratio, in morte vita, velut
Bernh.ser. de pass dom. ait serm. de pass Domini; in sudore dulce solatium, & suave refrigerium, corona triumphantium, unica merces & lætitiæ omnium supernorum civium, fons uberrimus, flumen olei lætitiæ, flumen vini meraciſſimi, unificum gluten. Talis est dilectus meus, ô filiæ Jerusalem, qualem eum jam descripsi. Sed ejus encomia enarrare est infiniti laboris. De hac Sponsâ meritò cani potest illud Poëtæ:

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

V.17. (*Quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima*

maſæminarum, quô reſpexit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.

Nunc chorus ſodalium Sponſæ intra privatos parietes deliteſcere nolit amplius, ideò in publicum proſilit, quærens quô abjerat dilectus Sponſæ, ſuamq; operam ei promptam promittens, ſe unà cum ea Sponſum quæſiturum; q. d. ſi talis eſt dilectus tuus, ut eum nobis deprædicas, te ineptè, ô formoſiſſima mulierum, ludibrio expoſuimus, & vanè in admirationem ſupra tuam devotam obteſtationem raptæ ſumus, cùm audiamus te dicentem eum eſſe candidum Deum, & rubicundum hominem carne noſtrâ obſeptum, cujus palatum dulcedo, & totus deſiderabilis, quomodo ergò totis medullis, & intimis cordis viſceribus eum non diligeremus, eumq; tecum quæremus?

Hic videmus, quid & quantum verbũ Dei efficere poſſit apud homines. Hæ diſcipulæ Sponſæ antea verſu 9. eam quaſi convitijs proſcindebant, telisq; linguarũ ſauciabant, quòd eas tantâ obteſtatione obſecrata, ſit inſuper ipſum dilectũ contemnebant dicentes: quid eſt dilectus tuus præ alio dilecto? nunc a vocant

Sponſam formoſiſſimam fœminarum, ac q. beatam prædicant, quòd optimam partem elegiſſet. Luc. 10. Chriſtum, ſc. quem tanquam immarceſcibilem theſaurum quærunt & amant; quare DEUS haut immeritò ait *Ierem. 23. nonnè verbum meum eſt ut ignis, & ut malleus conterens petras.* Et Paulus Hebr. 4. ait: *Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usq; ad diviſionem animæ ac Spiritus compaginum quoq; ac medullarum.* Et Rom. 1. *eſt virtus Dei in ſalutem omni credenti.* Et Chriſtus ipſe Iohan. 6. ait. *Verba, quæ ego loquor vobis, Spiritus ſunt & vita,* id eſt, afferunt Spiritum Sanctum, & vitam æternam. Talis Sponſæ ſodalis erat Nathanael, qui de Chriſto ait; *an ex Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Sed poſteà cum Chriſti concionem audiviſſet, dixit: *Rabbi, tu es filius Dei, & Rex Iſraëlis* Ioh. 1, 46. *quare Ieremias ait: Inventi ſunt ſermones tui, & comedi eos, & fuit verbum tuum mihi in gaudium & lætitiam cordis mei Ierem. 15,*

Luc. 10, 41.
Iere. 23, 29.
Hebr. 4, 12.
Rom. 1, 16.
Ioh. 6, 63.
Io. 1: 46, 49.
Ier. 15, 16.

Hinc Hilarius vocat verbum Dei pabulum vitæ æternæ. Et Cyrillus in Johan. quamadmodum ſi quis ſcintillam ignis in fœno, aut palea occultaverit: totum inde ignitum neceſſe eſt fiat: ſic verbum Dei tanquam ſcintilla in naturam noſtram

Hilar. Cyrill. in Ioh.

...strum immissum, totam inde inflamma-
...vit: atq; ad vitam interitu penitùs de-
...structo reduxit. Et Chrysostomus Hom. *Chrys. Hom.*
...46. in Matthæum ait: omnia verba divi- *46. in Matt.*
...na quamvis rustica sunt & incomposita,
...viva tamen sunt, quoniam intus in sensi-
...bus suis habent propositam veritatem,
...quasi sanguinem in venis inclusum, & id-
...eò vivificant audientem.

Quòd Sponsæ sodales quæruntquò ab
...ijit dilectus; non est ita accipiendum,
...quod Christus nunc abeat, nunc redeat,
...nunc sit absens, nunc præsens, nunc loco
...incluſus, nnnc excluſus, ut alius merus
...homo. Ipse enim abit & redit. Ipse
...enim abit & redit, non deserendo locum,
...ubi erat antea; nam pijs & impijs est præ-
...sentissimus, diverso tamen modo hos
...conservando, illos inhabitando: sed ta-
...men respectu operationis dicitur abire,
...cum gratiam suam indignis subtrahit, &
...redire, cum in pijs per Spiritum Sanctum
...operatur. Ipse enim nobiscum est secun-
...dum utramq; naturam usq; ad seculi con-
...summationem *Matt. 28.* *Quare Ieremiæ 23.* *Matt. 28, 20.*
...*ait: Deus, nũ Deus de propinquo ego, & non de* *Ier. 23, 23.*
...*longinquo Deus, nonne cœlũ & terrã ego impleo.* *Aug. l. 5. c. 1.*
De hac re valdè eruditè Augustinus *l. 5. c. 1.* *de trinit.*

de Tri-

de Trinitat. ait: Intelligamus Deum, ſi
poſſumus, quantum poſſumus, ſine qua-
litate bonum, ſine quantitate magnum,
ſine indigentiâ Creatorem, ſine ſitu præ-
ſentem, ſine habitu omnia continentem,
ſine loco ubiq; totum, ſine tempore ſem-
piternum, ſine ullâ ſui mutatione muta-
bilia facientem, nihilq; pàtientam.

Sponſæ ſodales verbo divino illumina-
ti ſtatim Chriſtum quærebant: Sic & nos
maturè & ſollicitè, aliàs incaſſum quæri-
Eſ.55.6. mus; quare Deus ait *Eſai.55. quærite Domi-*
num, dum inveniri poteſt, invocate eum, dum
propè eſt: derelinquat impius viam ſuam ma-
lam, & vir cogitationes ſuas iniquas, & rever-
tatur ad Dominum, & miſerebitur ejus. Et
c.49.8. *49. in tempore accepto audivi te & in die ſalu-*
tis ſuccurri tibi, ecce nunc tempus acceptum
nunc dies ſalutis 2.Cor.6. & Pſ.95. Si hodiè vo-
2.Cor.6.2. *cem ejus audieritis, ne obduretis corda veſtra, ſi-*
Pſ.95.8. *cut in deſerto*, qui enim procraſtinant de
Die in diem, maximum periculum ſalu-
tis ſuæ faciunt: quamvis pœnitentia vera
Fulgent. apud Deum nunquam eſt ſera. Fulgent.
Auguſtin. Rarò tamen ſera eſt vera. Auguſtin.

CAPUT VI.

(*Dilectu*

(*Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolas aromatis, ad pascendum in hortis, ad colligendum lilia.*) V.1.

Hic hortus Pſello est mundus: Theodoreto autem, & alijs Ecclesia, sive anima, quæ per pœnitentiæ lacrymas rigatur. Sive ergô Ecclesiam, sive animam, sive cor-
monominis interpretamur, perinde est, nam
hæc tria sunt Dei sessio, & delectabile cu-
bile, *hæreditas speciosa Ps.16. & sanctuarium* *Ps.16,6.*
DEI, *igitur desiderium oculorum ejus, & indul-* *Ezec.24,21.*
gentia animæ. Ezech.24,21. tentorium, Psal.78. *Ps.78,60.*
splendidum habitaculum, templum electum,
requies ejus perpetua, imò officina, in quâ ope-
ratur, ut ipse testatur Ps.132. Dominus elegit Si- *Ps.132,13,14*
on, & desideravit in habitaculum sibi: hæc est re-
quies mea, in perpetuum hîc habitabo, quoni-
am desideravi eam. Et Prov.8. deliciæ meæ cum *Prov.8,31.*
filijs hominum. Et Ps.16. in sanctis omnis volun- *Psal.16,3.*
tas mea; lætare igitur filia Sion, quia ecce ego
veniam, & habitabo in medio tui Zach.2. quia *Zach.2,10.*
eris mihi delicata & venusta filia. Ier.6. In hunc *Ier.6,2.*
quoque hortum descendit desideratus cunctis gen- *Hag.2.8.*
tibus Hag.2. eumq; rigat, plantat, fodit, elapi- *Es.5,2.*
dat, turrimq; in medio ejus ædificat Es.5. Huncq;
circumdavit, ut in eo resideant afflicti populi ejus
Ezech.14. Huc placet illud Chrysostomi hom. *c.14,32.*
19. in

19. in 7. cap. Matth. referre, cum ait: Sicut in horto sunt multæ arbores fructum inutilem facientes: in sylvis autem nomen invenitur bonum faciens: Si autem faciunt, aut insipidum faciunt, aut acerbum: Sic in Ecclesia, quæ hortus est Christi, multi sunt boni: in Ecclesijs autem hæreticorum, quæ sunt sylvæ desertæ, nemo est bonus: quia etsi aliquis est bonus, propter homines est bonus.

Per has areolas aromatis intelligitur fides cum bonis operibus conjuncta, in cujus horto hæc est: ibi omnia rident, virent, florēt, & benè fragrant. Oremus itaq; cum Gilleberto sermon. 38. in Cant. Veni, Jesu bone, perfla tuum hortum, ut fluant aromata ejus, sicut torrens in Austro. Tot irrigante erat anima sicut hortus irriguus, & te flante non deficient ejus aromata. *Huc illud Es. 58. & Ierem. 31, 12. Ducet te Dominus, & saturare faciet in siccitatibus animam tuam, & ossa tua impinguabit. Et eris veluti hortus irriguus, & sicut exitus aquarum. Et Ezech. 28. tu es hortus Dei lapidibus pretiosis ornatus.* Si Deus non in huuc cordis nostri hortum descenderit, nunquam fragrent aromata ejus, *nam ex nobis ipsis non sumus idonei cogitare bonum, nedum facere*

Gill. serm. 83. in Cant.

Es. 58, 11.
Ier. 31, 12.

Eze. 28, 13.

volun

voluntas nostra & sufficientia ex Deo est, ipse est, qui incrementum dat Phil. 2. 1. Cor. 3, 6. qui perficit, consolidat & confirmat 1. Petr. 5. 10. totum, quod habemus, Dei est, ipse misericordia sua nos nolentes prævenit, ut velimus, volentes subsequitur, ne frustrà velimus, ut loquitur Augustinus. *Converte igitur nos, Domine, & convertemur* Ierem. 31. *& cor lapideum aufer de carne nostrâ* Ezech. 36, 26. *sit quæso misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.* Psalm. 33. Hic noster dilectus etiam pascit, & colligit lilia, ut bonus pastor nos oviculas suas ad *pascua verbi sui, & ad aquas vivas ducit* Ps. 23. non solùm nos nutrit verbo suo, verùm etiam corpore ac sanguine suo, mellifluante pane & vino. Quare Chrysostom. homil. 83 in 26. c. Matthæi ait: quis pastor unquam membris suis oves suas nutrivit? multæ matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipse facere noluit: Sed proprio corpore nos alit, & sibi conjungit & conglutinat. Et Bernhardus ait sermon. 31. in Cantic. Bonus ille pastor Christus dat carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium, Deitatem in fruitionis æternæ præmium. Hic fidelis & industrius pastor nos redemit pretiosè, pascit lautè, ducit

Phil 2, 13. 1. Cor. 3, 6. 1. Petr. 5, 10. Ier. 31, 18. Ps. 33, 22. Ps. 23, 1. Chrys. hom. 83, in 26. c. Matth. Bernh. ser. 31 in Canti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ducit sollicitè, & collocat securè: Idem, perpetuasq; excubias pro ovibus suis agit, *in brachio suo congregat, in sinu suo portat, fœtas ducit* Es. 40.

Es. 40, 11.

Vers. 2. *(Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui placit inter lilia.)*

Legimus Genes. 44. quod ligata erat anima

Gen. 44, 30. *Iacobi Patriarchæ cum animâ Benjamin filij*

sui. Sic Sponsa hic dicit, se Sponsi dilectam,

1. Sam. 13, 29 *suamq; animam cum Sponsi animâ fœdere*

perpetuo esse colligatam, ut est, 1. Sam. 25. Et erit

Ierem. 13, 11. *anima tua colligata in fasciculo viventium*

cum Domino Deo tuo. Et Ierem. 13: Sicut adhærebit cingulum ad lumbos viri: Sic adhærere

feci ad me omnem domum Israël, & Iuda

ut existant mihi in populum, & in nomen, & in gloriam, & in laudem. Orgelitanus hæc ita explicat: ego Christi regnum, ille Rex meus, ego corpus ipsius ipse caput meum. Et Theodoretus ita: ego ex eo pendeo, atq; illi me ipsam dicavi, nam & ipsi me orbi prætulit, sibiq; coopulavit. ex senio confectâ reddidit juvenem, ex inope opulentam, ex deformi formosam: putridis atq; fœtentibus vulneribus languentem curavit, replevitq;

Bernh. Ser. 68. in canti. odoris suavitate. Et Bernhard. serm. 68. in Cantic. ait: ille mihi quia benignus & misericors est; ego illi quia non sum ingrata

illi

illille mihi gratiam ex gratiâ: ego illi grati-
mam pro gratiâ. Ille meæ liberatio
: inni: ego illius honori. Ille saluti meæ:
i og: ego illius voluntati: ille mihi & non al-
, ne: teri, quia unâ sum columba ejus: ego illi
on & non alteri, quia non audio vocem alie-
norum. Tali vinculo Spiritus glutinoq;
ri: haritatis conjuncta est Ecclesia Christo
. Psal. 95. ubi Sponsa Christi ita canit: *Ipse* Psal. 95. 7.
Deus noster, & nos populus pascuæ ejus, & pe-
us manus ejus. Et Psal. 119: tua ego sum serva Ps. 119, 94.
e. Et Psal. 45. ipse Dominus tuus, tu incurves Ps. 45. 12.
ei. Et Deut. 32. pars Domini populus ejus Ia- Deut. 32, 9.
ob, funiculus hæreditatis ejus: pars Iacob, Isra-
virga hæreditatis DEI Ierem. 10. Domin, Iere. 10, 16.
rs hæreditatis meæ Psal. 16. Psal. 16, 5.

Tali etiam adamantino reciproci a-
oris nodo conglutinatus est Christus
ecclesiæ ac Sponsæ suæ carissimæ, ut est
a. 43. *Ne timeas, quia redemi te, vocavi te* Esa. 43, 1,
mine tuo, tu meus es, ego Dominus Deus 3, 4.
us sanctus Israel. servator tuus pretiosus, fui-
in oculis meis, gloriosus fuisti, & ego dilexi
Et Ierem. 30. 22. Vos eritis populus meus, Ier. 30, 22.
Deus vester. Et cap. 31. Nonne filius preciosus
hi Ephraim & natus deliciarum? recordan- c. 31. 20.
recordor ejus adhuc, ideo tu multuârunt vi-
ra mea ei, miserendo miserebor ejus. Et v. 31.
Faciam cum domo Israel & cum domo Iuda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

fœdus novum non ſecundum ejus, quòd pepegi cum Patribus eorum, ſed dabo legem meam in interius eorum, & eam cordi eorum inſcribam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et Ierem. 32. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, & dabo eis cor unum, & vitam unam, ut timeant me omnibus diebus, & dabo timorem meum in corde eorum, ne recedant á me. Et gaudebo ſuper eos benefaciendo eis, & plantabo eos in veritate, in omni corde meo, & in tota anima mea. Et Hoſ. 2. Deſponſabo me tibi in ſeculum, in juſtitiâ, judicio, miſericordiâ, miſerationibus & fide. Et Pſalm. 89. Ineam fœdus dilecto meo, usq; in ſeculum ſtabiliam ſemen tuum & in generatione & generationem thronum tuum. Et Levit. 26. 11, 12. ponam habitationem meam in medio veſtri, & non reprobabit anima mea vos, & ambulabo in medio veſtri & ero vobis in Deum, & eritis mihi in populum.

Ierem. 32. 39, 40, 41.

Hoſ. 2. 19.

Pſ. 89. 4, 5.

Levit. 26. v. 11, 12.

Hic noſter dilectus & lilium convallium paſcit inter lilia, id eſt, inter caſtas & pias animas, quæ ſunt templa & domicilia ejus, & cum quibus delitijs fruitur Prove b. 8, 31. nihil lilijs formoſius. Sic animabus Chriſto deſponſatis nihil formoſius. Quare huic noſtro dilecto

Prov. 8, 31.

hæ

hæc noſtra lilia abſque morâ omni devotioni committamus. Et ita Bernhardus ſermon. 70. in Cantic. ſuadet, cum ait: Talis apparuit Chriſtus, qui immeritò amaretur verax per ſe mitis hominibus, juſtus pro hominibus. O verè amandum & totis medullis amplectendum Sponſum. Quid jam cunctetur Eccleſia totam ſe totâ devotione committere tàm fido redditori? *Bernhard. ſerm. 70. in Cantic.*

Pulchra es, amica mea, ut Tirza, decora ut Jeruſalem: terribilis ut vexillata caſtra.) V. 3.

I. Nunc Sponſus (qui ſatis diu faciem ſuam abſcondit) in laudes & encomia Sponſæ condeſcendit: cum enim ſui lanquere deſiderio noctu interdiuque eam ſe diſſerere & loqui, ſuamque pulchridinem ſummis laudibus efferre conſpiceret, tunc miſericordiâ motus ſe illi conſpicuum præbet, ac laudantem incitat laudare laudatus, *quia charitate perpetuâ dilexit eam, ideo eam miſericordia attraxit, adhuc ædificabit eam, & adificabitur virgo Iſrael, ornabitur tympanis ſuis & indietur in chorum ludentium* Ierem. 31. Ier. 31, 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

I. Igitur ejus pulchritudinem confer
cum civitate Tirzæ, cujus fit mentio
1.Reg.14.17. c.16.21, 6. 1.Reg.14. & c.16.v. 6, 21.

II. Jeruſolymis, quæ civitas abſolut
pulchritudine gaudium univerſæ ter
Thren.2, 15. ræ erat Thren. 2. cujus pulchritudinem
Ioſeph.lib.8 belli Iudic. cap. 1. etiam Joſephus lib. 8. belli Judaic. c.
commendat.

III. Cum acie caſtrorum confert, qui
pugnat contra propriam carnem, mun
dum & diabolum. Corpus enim tremi
mundus premit, Diabolus inſidiatur, a
Bernhard. Serm.61, in cantic. Bernhardus ſerm. 61. in Cantic. Vel
Auguſt. in man.cap. 8. Auguſtinus ait in Man.c. 8. Diabolus in
diatur, mūdus adulatur, caro delectatu
anima excæcatur, totus homo conturb
tur: cōtra hos hoſtes in pugnam deſcēdb
homo gladio verbi DEI, & orationis te
hoſtes ſuos, quantumvis acerrimos pr
fligabit, nam oratio eſt oranti ſubſidium
Deo ſacrificium; Diabolo acre flagellum
ut Auguſtinus ait: quare Paulus inqu
Eph.6, 11. *Eph. 6. Induite armaturam DEI, ut poſſitis ſ
re adverſus inſidias Diaboli &c.* Qui ergò
rat, Diabolo & damnatis Spiritibus
terribilis caſtrorum acies. Deus legitir
pugnantes ſpectat, certantes adjuva
vincentes coronat, ut ait Auguſtin. *H
Paulus: bonum certamen certavi, retinui*

d

lem & bonam conſcientiam, igitur ſaltem re-
ſtat corona vitæ 2. Tim. 4. 2. Tim. 4, 7.

Cum jam Sponſa diu quæſiviſſet dile-
ctum ſuum abſentem, tandem eum in
venit, & ſi jam non inveniſſet, procul
dubiò in barathrum deſperationis eſſet
corolapſura, *ſed Deus, qui neminem tentat ul-*
tra vires 1. Cor. 10. venit ei ſubſidio, factus eſt ei 1. Cor. 10, 13.
ſylum oportunum in tribulatione Pſ. 9. Quare Pſal. 9, 9.
ara filia Raguelis non immeritò dixit Tob. 3. Tob. 3, 22, 23.
non delectaris in tribulationibus noſtris, quia
poſt tempeſtatem tranquillum facis & poſt la-
chrymationem & fletum exultationem infun-
dis, ſit nomen tuum benedictum in ſecula. Et
ipſe eus Eſ. 54. In momento parvo dereliquite, Eſ. 54. 7.
in miſerationibus magnis congregabo te, in
modico iræ abſcondi faciem meam à te in mo-
mento, ſed in miſericordiâ æternâ miſeratus
ſum tui &c. Et Hoſ. 14, 5. Sanabo averſionem Hoſ. 14. 5.
eorum, diligam eos ultrò; quia averſus eſt na-
tus meus ab eo, ero tanquam ros Iſraeli, germi-
nabit tanquam lilium, & erit, tanquam olea
gloria ejus, & odor ejus tanquam Libanus.

Expectemus itaq; Dominum, cum moram
facit, veniens veniet, & non tardabit, Habac. Habac. 2. 3.
Horæ enim DEI ſunt tardæ, ſed valdè gratæ.
Deus tùm prius juvat, cum homo de ſei-
pſo & ſuis viribus deſperat, quare Taule-

rus ait: ubi egreditur natura, ibi ingreditur DEUS.

V. 4. *(Averte oculos tuos à me, quod ipsi exstulerunt: capillus tunc est ut grex caprarum, quæ pendet de Gilead.)*

Hic Sponsus sagittis oculorum Sponsæ confixum, & pulchritudine eorum more amantium captum & victum, hisque ad amorem ferventem incitatum, & impotentem præ amore redditum, imò superatum, victum & vinctum, ad amorem que ejus inflexum se esse fatetur. Secus Theodoretus longè aliter progreditur cujus verba hîc subscribam. Cave, ait, immoderatius in me oculos intendas tuos, ne tibi ex eâ re aliquid contingat detrimenti. Inaccessus enim sum, & comprehendi nequeo, omnemque non humanum tantùm, sed Angelorum captum supero. Quod si terminos volueris transilire, & ad ea curiosius contendere, quæ viribus tuis antecedunt, non modò nihil assequeris, sed aciem etiam oculorum hebetiorem reddes atque obtusiorem. Ea namque lucis natura est ut, quemadmodum oculum illustrat, sic etiam lædit, si fuerit insatiabilis.

Quasi

Quare ait Lutherus tom. 1. Gen. fol. 44. comprehendere nudam divinitatem, seu nudam essentiam divinam, impossibile est, ideò Deus se involvit in opera & certas species. Abstinendum est itaque à speculationibus nudæ majestatis: hæ enim non sunt salutares:

Luth. tom. 1. Gen. f. 4.

Sic potius de DEO cogitemus sicut nobis se offert in Verbo & Sacramentis. Idem tomo eodem folio 124. Et Damascenus de orthod. fide l. 1. c 1. quod-unque conducit nobis agnoscere, ipse revelavit: quorum autem pondus ferre non valemus, illa silentio occuluit. Hæc igitur nos ipsi amemus, in hisque immoremur: neque limites ab æterna voluntate definitos transcendentes, neque divinam ullâ ex parte traditionem transgredientes. *Quandoquidem DEUM nemo vidit unquam, sed unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis Iohan. 1. & nemo novit patrem, nisi filius, neque filium, nisi Pater, Matth. 11.* Ergò rationis & scrutationis oculos à divina majestate, quæ incomprehensibilis est, avertamus, *Perscrutator enim majestatis opprimitur à gloriâ, & altare DEUS dixit Mosi Exod. 33. non poteris videre faciem meam, quia non videbit me homo, & vivet.*

Idem tom. 1. f. 124. Damasc. de orthod. fide l. 1. c. 1.

Ioh. 1,18

Matt. 11,27.

Prov. 25,27.

Exod. 33,20.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Dei enim essentia neque in hac, neque imi
altera vita oculis corporalibus perfecto
1. Tim. 6, 16. videri potest. Et ejus immensitas scruti-
nio rationis, quantumvis acutissimo co-
prehẽdi non potest, ut exemplum habe-
Cic. de natura Deorũ. mus in Simonide, ut scribit Cicero de na-
tura Deorum, qui ab Hierone Tyranno
interrogatus, quidnam DEus? deliberan-
di unum diem sibi postulavit, cum idem
ex eo postridiè quæreretur, biduum peti-
it, ac cum ita sæpius duplicaret nume-
rum, admiratus Hiero; flagitavit, cur ioi
faceret? quia, inquit, quantò diutius con-
sidero, tantò res mihi videtur obscurior
Non immeritò igitur Damascenus ait
ineffabile est divinum nomen & incom
prehensibile. Nam essentia Dei quid &
qualis in se sit, comprehendi à creato in
tellectu, & sermone humano effer
non potest. *Animalis enim homo no*
percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia
nim illi est, & non potest cognoscere, quia sp
1. Cor. 2, 14. *ritualiter dijudicantur* 1. *Cor.* 2. 14. Claus
igitur oculis credamus & adoremus d
centes cum Paulo Rom. 11, 33. *O profund*
Rom. 11, 33. *tas divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI, qua*
incomprehensibilia judicia ejus, & imperves
gabiles viæ ejus, quis cognovit mentem Dom
ni, aut quis fuit ei à consilijs?

Cæte

Cætera hujus verſus explicata vide ſupra c. 4. v. 1.

(*Dentes tui ut grex ovium, quæ aſcenderunt è lavacro, quæ omnes ſunt gemelliparæ, & orba non eſt in eis.*) V. 5.

(*Sicut fragmen malogranati tempora tua intra cincinnos tuos.*)

Hos duos verſus explicatos vide ſupra c. 4, v. 2, & 3. V. 6.

(*Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulorum non eſt numerus.*) V. 7.

Non hæc intelligemus de ſeptingentis Reginis, & trecentis concubinis Salomonis, quæ cor ejus declinare fecerunt à Jehova 1. Reg. 11. Sed de miniſtrorum in Eccleſiâ gradibus, ſeu donis. Unus enim eſt Propheta, alius Evangeliſta, tertius Apoſtolus, ſive Doctor gentium: unus accepit quinque talenta, alter duo, tertius unum tantùm Matth. 25. quamvis una ſit vera Eccleſia, ut verſu ſequenti demonſtrabitur: tamen ejus ſtatus ſunt diverſi; alius n. eſt, ut ait Calaguritanus, incipientium, alius proficientiũ alius perfectorũ. In ſtatu primo ſunt virgines, quæ nondum ad Sponſi caſtiſſimum thorum ſunt admiſſæ. Ergò in illis ſaltim mica, ſeu 1. Reg. 11, 3. Matt. 25, 15.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

1. Cor. 3, 1. scintillula amoris, pietatis & cognitionis Christi lucet & micat, quæ non diu possunt tolerare solidum cibum, sed saltim verbi divini lacte nutriuntur. In Hebræo est עַלְמָה quod significat puellam intactam, incorruptam, domiq; occultè latitantem, quæ nondum virum Esa. 7, 14. cognovit, ut Esa. 7. Judæi tamen contra ogganniunt, ac dicunt, עַלְמָה denotare corruptam, illudque nituntur probare ex Proverb. 30. Prov. 30. 19.

In 2. sunt concubinæ, quæ quidem ad thorum Christi admittantur, sed tamen dignitate differant à Reginis. Hæ concubinæ, quæ in statu proficientium versantur, *eunt de virtute in virtutem* Psalm. 84. semperq; progrediuntur credendo, bene operando ac multiplicando talentum suum, donec ad metam propositam, & fastigium perfectionis perveniunt; braviumque æternæ desponsationis cum Christo consequuntur. Hæ semper dicunt cum illo apud Marcum cap. 9. ver. 24. *Credo, Domine, sed incredulitati meæ succurre*: & orant: *Domine ostende nobis misericordiam tuam, & salutem tuam da nobis* Psalm. 85. Psal. 84, 8. c. 9. v. 24. Psal. 85, 8.

In

In 3. ſtatu ſunt Reginæ, quæ amoris puritate eunt in connubium Sponſi cœleſtis, quæ nihil cum Deo amant, niſi quod propter eum amant. Auguſtin. Hæ amorem ſuum non dividunt, quia Deum ſemper in conſpectu ſuo habent, ac ſuaviſſimis Sponſi ſuavijs, caſtiſſimoque thoro ejus jucundè fruuntur. In hoc ſtatu erat Abraham, cui Deus dixit: *Gen. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus: hic promiſſionibus divinis credidit, ſpe contra omnem ſpem, ideoque ei imputatum eſt in juſtitiam in eodem. Et David, qui erat vir ſecundum cor Dei 1. Sam. 13. qui ait Pſalm. 73. quis mihi in cœlo tecum, nolui eſſe ſuper terram. Deficit caro mea, & cor meum, rupes cordis mei, & pars mea Deus in ſeculum, appropinquatio DEI mihi bona.* Hîc egregium illud Theodoreti in Cantica non eſt ſilentio tumulandum, qui ita orat: utinam nobis item concedatur, ut divinâ gratiâ adjuti ad Sponſæ perfectionem perveniamus.

Gen. 17, 1.

1. Sam. 13, 14. Pſal. 73, 25. 26, 28.

Quod ſi conſequi non poterimus, inter Reginas ſaltim numeremur: & ſi ab ipſis quoque defecerimus, haut certè procul à concubinis recedamus: ſi hoc etiam gradu fuerimus indigni, ſaltim

saltim ad numerum adolescentularum adscribamur, puramq; pietatis professionem conservemus, neque omninò Sponsi privemur societate, sed per ejus gratiam ipsius pulchritudine perfruamur. Sed si mavis per virgines intelligere animas in Ecclesiâ militante versantes, quæ nondum amplexu Sponsi fruuntur, sed saltim oscula oris ejus libant.

Et per concubinas statum animarum post mortem, ubi quidem amplexu DEI fruuntur, sed nondum in plenam pleniique gaudij requiem intromissæ sunt; expectant enim corporis resurrectionē, *tamen sunt in manu* DEI, *& tormentum nullum eas tangit* Sap. 3. *& in sinu Abrahæ* Luc. 16. *stantq; sub altari judicium* DEI *expectantes* Apoc. 6.

Sap. 3, 1.
Luc. 16, 23.
Apoc. 6, 9.

Et per Reginas animas post resurrectionem cum corporibus suis junctæ fuerint, tunc vocantur Reginæ, quia non solùm Sponsalia, *verùm etiam nuptiæ agni venerunt, & uxor ejus præparavit se, & amicta est byssino splendenti & candido* Apoc. 19. *tunc dulci amore Christi inebriabuntur. Erunt Sacerdotes & Reges altissimi.* Apoc. 1.

Apoc. 19, 8, 9

Apoc. 1, 6.

V. 8. *Una est columba mea, perfecta mea; una est matri suæ, munda est genitrici*

tricisuæ, viderunt eam filiæ, & beatam eam prædicârunt Reginæ & concubinæ, & laudârunt eam.)

Christus Ecclesiæ Sponsus suavissimus saltim sibi unam columbam, eamque à numero Reginarum elegit. Papicolæ jactant & gloriantur, se esse hanc Christi columbam, Papamque ipsius Christi summum vicarium, hancq; perpetuâ succession Episcoporum Romæ alligatam.

Calviniani quoque se hanc esse maximè contendunt. Lutherani invictis argumentis moti firmissimè statuunt, se illam esse, & nemo doctus, pius ac mente sanus dubitat, quin illa sit. Et tamen Christi columba & Ecclesia est una, sicut Sponsus unus. *Unus enim est Dominus, una fides, unum baptisma, unus DEUS & Pater omnium.* Ephes. 4. *Cum ergò princeps Pastorum & Episcopus animarum apparuerit, tunc suas oves agnoscet, & nominatim vocabit* Iohan. 10. *novit enim DEUS, quæ sunt ejus* 2. Tim. 2. *separabitq; hædos ab agnis* Matth. 25. & tunc planè manifestabitur, quænam sit ejus columba.

Eph. 4, 5.

Ioh. 10, 3.

2. Tim. 2. 19.

Matt. 25, 33

Cogno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Cognoscitur tamen in hoc mundo ex Verbo DEI sincer[illegible]dicato, & legitimo Sacramentorum [illegible] & administratione, quare Lutherus ait: Discamus, ibi esse Ecclesiam DEI, ubi verbum DEI sonat, sive in media Turcia, sive in Papatu, sive in inferno. Sermo enim DEI est, qui constituit Ecclesiam, is est Dominus omnium locorum: ubicunque illud auditur, ubi baptismus, Sacramentum altaris, & absolutio administrantur, ibi certò statue ac conclude:

Luth. tom. 3. Gen. f. 90. Hic certè est domus Dei, hîc est apertum cœlum tom. 3. Gen. fol. 90.

Ecclesia varia in sacris literis nomina est sortita.

Ps. 45, 10. *Hic vocatur columba;*
Psal. 68, 18. *& hortus suprà vers. 1. Sponsa Christi ubique*
Ps. 48. 2. *hic in Canticis, & Psalm. 45. conjunx Chri-*
Esa. 41, 27. *sti: & currus, cujus Christus est auriga.*
c. 54, 6. *Psalm. 68. civitas Dei & mons sanctitatis.*
Esa. 56, 7. *Psalm. 48. Evangelista sive Evangelij mini-*
c. 66, 11. *stra Esa. 41. Vxor adolescentiarum cap. 54.*
Psal. 80, 9. *6. domus orationis. Esa 56. mater, cujus con-*
Esa. 5, 2. *solationum uberibus saturemur cap. 66. vi-*
Matt. 20, 1. *tis, seu vinea Psalm. 80. Esa. 5. Matth. 20.*
Ps. 132. 13. *Sion Psalm. 132. filia Sion Zachar. 9. regnum*
Zach. 9, 9. *cœlorum Matth. 18. Virgo, quæ lampade ac-*
Matt. 18, 1. *censa*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

censâ, exivit in occursum Sponsi Matth. 25. navis Matth. 8. ovile Iohan. 10. corpus Christi Roman. 12, 5. Domus Dei, columna & stabilimentum veritatz, 1. Timoth. 3, archa 1. Pet. 3. ager Matth. 13. candelabrum Apoc. 1. mulier prægnans & pariens Apoc. 12. uxor agni c. 19. civitas sancta Ieruſalem cap. 20. Et multa alia nomina nbique in Canticis habet..

Matt, 25, 1.
Matt. 8, 23.
Ioh. 10.
Rom. 12, 5.
1 Tim. 3, 15.
1. Pet. 3, 20.
Matt. 13, 24
Apoc. 1. 20.
c. 12. 4.
c. 19, 7.
c. 21, 2.

Hic columba vocatur, quia imitatur mores columbæ, ut ait Gregor. in Cantic. Sicut columbæ juxta fluenta residere solent, ut volantium avium umbram in aquâ videant, supra quam si proicientes unguem rapacium sic effugiant: sic Ecclesia & sancti viri in Scripturâ sancta, fraudes Dæmonum prospiciunt, & ex descriptione, quam vident, quasi ex umbrâ hostem cognoscunt, dumque consilijs Scripturæ addicunt ex toto, videlicet nihil agant, nisi quod ex responso Scripturarum audiunt, quasi se aquam projicentes hosti illudunt.

Gregor.

Hæc Christi columba est etiam a matri & genitrici suæ *illæ supernæ civiti, & Ieruſalem liberæ, quæ est mater omnium nostrum Gala. 4.* Ideoq; hanc videns puellæ, concubinæ & Reginæ summis laudibus extulerunt, quod ad summum

Galat. 4, 25.

mum ſummi honoris faſtigium eſſet e-
vecta. *Paulus ait, non qui ſeipſum com-*
2. Cor. 10, 18 *mendat, probatus eſt* 2. *Corinth.* 10. *ſed quem*
DEUS commendat. Quærat igitur ali-
quis, an hæc Chriſti columba ſit enco-
mio digna? Omninò: quia ipſam non
ſolùm chorus ſodalium Sponſæ, verùm
etiam Sponſus ipſe commendat vocans
eam perfectam ſuam, non quod omni-
bus numeris & abſolutè ſit perfecta in
hac vitâ, ſed quia in perfectum credit, &
ſub umbrâ alarum ejus ſperat, ejusq; juſti-
tiâ fide ſuam facit, & ſibi imputat, & licet
reliquiæ peccati in eâ hæreant, quamdiu
ſuperſtes ſit, tamen hîc imputatione
& quadam inchoatione dicitur perfecta
illic autem conſummatione. *Sic DEUS*
commendat Davidem, quod erat vir ſecun-
1. Sam. 13, 14 *dum cor ejus* 1. *Sam.* 13. *& Iobum quod fuit*
perfectus & rectus timens DEUM & rece-
Iob. 1, 8. *dens à malo Iob.* 1. *Et Nathanaêlem, quo*
erat verè Iſraêlita, in quo non erat dolus Iob
Ioh. 1, 47. 1. *Et Iohannem Baptiſtam, quod erat magi*
Matt. 11, 10. *quàm Propheta Matth.* 11. *Et Moſen & Sa*
Ier. 15, 1. *muelem Ierem.* 15. *& Noah & Daniel, quo*
Ezech. 14, *erant juſti Ezech.* 14. *& Daniel.* 9. *& c.* 10. *vo*
14, 20. *cat Deus Danielem virum deſideriorum.*
Dan. 9, 23. *verè ter quaterve beatus, quem Chriſtus ſu*
c. 10, 19. *encomijs extollit!*

Quæna

Quænam ista, quæ conspecta est sic ut aurora, pulchra ut Luna, pura ut Sola terribilis ut vexillata. [*castra.*]) *V. 9.*

Legimus Num. 24. quomodo Bileam, oblivisco populo Israëlitico, ejusq; pulchritudine & felicitate, sibi ab admiratione temperare non poterat, ideò in hæc verba prorumpebat dicens: quàm bona & pulchra sunt tentoria tua Jacob, & habitacula tua Israël, sicut torrentes extensa sunt, sicut horti super flumen tentoria quæ plantavit Dominus, exaltabitur Rex, & elevabitur regnum ejus &c. *Sed Rex Balac, eo viso, timuit valdè, & angustiâ affecta est anima ejus Num. 22.* Sic triplex hic virginum, concubinarum, Reginarum chorus, qui ante certatim encomia Sponsæ prædicavit, nunc in admirationem maximam rapitur, partim quod Christus hanc tam unicam columbam perfectam adeò celebravit, partim quod videt eam processurocedentem, ut aurorS, pulchram ut lunam, electam ut Solem. *Num. 24, 5.* *Num. 22, 3.*

Spiritu sancto itaq; repleto cum Bileam Sponsæ gratulatur progressum, felicitatem, novum connubium, conjunctionem intimam cum Sponso initam, imò adoptionem in collegium & consortium

um sacrosanctæ Trinitatis. q.d. quomodo bona Ethiopissa illa Sponsa condigna est genitrix & immensitati Sponsi? Bernhard. Est mira illa, quæ erat obfuscata Sole & nigra? quomodo jam munda ut Sol? estne illa, quæ antea dormiebat in tenebris ignorantiæ & quæ Sponso aperire noluit? Cantic. Quomodo jam conspicitur, ut aurora Eratne ut tabernaculum Cedar? Cantic. Quomodo jam pulchra ut Luna? ô subitanea mutatio. Sed sicut Balac stupefactus est: Sic & impij in novissimo die visâ turbabuntur timore vehementi, stupebunt præ insperatâ ejus salute, præ angustiâ Spiritûs gement dicentes ut est *Sapient. 5, Hic erat, quem aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, quomodo jam computatus est inter filios DEI, & inter Sanctos sors ejus est? &c.* Ideoque hîc dicitur terribilis castrorum acies, de quo supra dictum est, c. 6. Theodoretus in Cantic. ait: Sponsa non solùm est, ut electa Luna, verùm etiam ut Sol in futura vita splendebit, & fulgore suo cunctis stuporem ingeret.

Bernh. Cantic. 16.

Canti. 5, 2.

Canti. 1, 5.

Sap. 5, v. 2, 3, 4.

c. 6, 3. Theod. in Cant.

Admirabuntur autem non modò eo lucem, sed etiam ordinem, id est, gradum gloriæ. Licet enim vitæ æternæ gau-

mum sit omnibus in Christum credentibus
mo: commune futurum, adeò ut Latro in
ruce conversus tàm magnum habebit,
quàm fidelissimus Abraham, & Zache-
us, ut justissimus Moses & Samuel; Ma-
dalena ut castissimus Joseph. dignitate
amen & gloriâ differant. *Quare Chri-*
stus ait Iohan. 14. in domo patris mei multæ Ioh. 14, 2.
sunt mansiones. Et Augustin. de S. Vir- de S. Virgi.
in. c. 26. ait: Ipsa quidem vita æterna c. 26.
rit, pariter omnibus sanctis, æqualis
uippe denarius omnibus attributus:
uia verò in ipsâ vitâ æternâ distinctè
ulgebunt lumina meritorum, multæ e-
im sunt mansiones apud Patrem, ac
er hoc in denario quidem non impari
on vivet alius alio prolixius: in multis
utem mansionibus honoratus alius a-
clarius. Ibi majore splendore fulge-
unt Esaias, Jeremias &c. Quàm Bile-
m, Paulus & Petrus, quàm alius simplex
oncionator, Martyres, quàm illi, qui
opter Evangelij confessionem nihil
nt passi, Job quàm filius prodigus &c.
cundum enim labores atq; diversa cer-
mina mercedem congruam sunt ade-
turi, ut Gregorius testatur, cum ait: quia
hac vitâ nobis est discretio operum, Gregor.

erit in illâ procul dubiò discretio dignitatum, ut, quo alius aliū merito superat, illi alius alium retributione transcendat. Item Chrysostomus in 3. homil. super Laz.

in 3. hom. sup. Laz. Sanè inter duos justos, si alter hic plus alter minus pertulerit, afflictionum beatior (glorioſior) erit ille, qui plus sustinuerit. Huc illud *Pauli Rom. 2. Deus reddet unicuiq; secundum opera sua, qui parcè seminat parcè & metet. 2. Cor. 9. Et 1. Cor. 15, 41. alia claritas solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum: stella enim â stellâ differt in claritate: Sic & resurrectio mortuorum. & Dan. 12. qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. & qui ad justiciam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates; & duplici honore digni habeantur 1. Tim 5, 17.* quamvis claritate ita differant; tamen

Rom. 2, 6. *2. Cor. 9, 6.* *1. Cor. 15, 41.* *Dan. 12, 3.* *1. Tim. 5, 17.*

Augustin. in Ioh. Augustinus ait: nulli superiori, ullus inferior ibi invidebit. Et in Johannem idem: non erit aliqua invidia disparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Hęc dispar claritas quemvis moveat ad perpetuum pœnitentię luctum, hæc ad fidem, bona opera & omnimodam pietatem excitet, hæc patientiam in tribulatione operetur. Oportet n. quemvumeallaborare, ut Sol fiat, si Sol fieri non potest, vel Luna, vel aurora, vel minima

stellarum

illeſſtellis fixis, vel erraticis, ut Chryſoſto-
ſummus ſuadet, cum ait: Si non potes Sol
inſfieri, fias vel ſtella duntaxat: *vel cuſtos in li-*
mine domûs Dei tui Pſ.84. Pſ.84,11.

Ad hortum nucum deſcenderam, ad V.10.
inſpiciendum fructus vallis: ad vi-
dendum, an germinârit vitis, floruerint mala punica.)

Chriſtus deſcendit in hortum nucum, hoc eſt, in Eccleſiam, ſive corda Sancto-rum, eaq; gratiâ & probatione inviſit, visitam Dei inviſere, ut ait Anſhelmus, eſt gratiam conferre, & fideles probare. Anshelm.

Gregorius hæc ita interpretatur, quod per nuces (ait) niſi perfectos quosq; intelligimus, qui dum divinam ſapientiam intra corpora ſua retinent, quaſi nucleum in fragili teſtâ portant, ut ait 2. Cor. Gregor. 2.Cor.4,7.
Paulus: *Habemus theſaurum iſtum in fictilibus vaſis. Hunc divinæ dulcedinis* theſaurum nucleum portabit quivis pius in interiori ſui cordis ſcrinio, quare Pſalm. 31. habetur: *quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te.* Pſ.31,20.

In nuce tria ſe ſpectanda proponunt Cortex exterior, qui amarus eſt. 2. Interior, qui aſper et durus eſt. 3. Gorylus ipſe vel nucleus, qui ergò nucleum eſſe vult,

necesse est, ut frangat nucem, & corticem exteriorem removeat. Talis est præsens vita, ait Theodoretus in cantic. dolorum & molestiarum acerbitate referta, labores habet & sudores, non tamen inutiles & infrugiferos.

Et Augustin. in Original. tractans illum Jacobi 4. quæ est vita nostra, perelegan ter ait: Vita hæc est vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa, quam humores tumi dant, dolores extenuant, ardores exsi cant, aëra morbidant, escæ inflant, jeju nia macerant, joci dissolvunt, tristiciconsumunt, sollicitudo coarctat, secur tas hebetat, divitiæ jactitant, paupert dejicit, juventus extollit, senectus incu vat, infirmitas frangit, mœror deprimi & post hæc omnia mors interimit, unu versis gaudijs finem imponit.

Hoc duro nucis putamine fracto tan dem ad divinæ dulcedinis corilum pe venimus. Quare Hieronymus ait: nu lum tempus sit tibi nimis longum, & nu lus labor nimis durus, quo æternæ vitæ præmium consequi possis. Qui ergo *bona Dei in terrâ viventium videre vult Ps.* 27. necesse est, ut amarum nucis cor cem sapiat in hoc mundo, nam ut Bernhardus de interiori domo c. 45. di

Hieronym.

Ps. 27. 13.

Bernh. de int. dom. c. 45.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

cile est, imò impossibile est, ut præsentibus quis fruatur bonis & futuris, ut hic ventrem, illic mentem impleat, ut de delicijs transeat & delicias, ut in terrâ & cœlo glorioſus appareat.

Sed quid facit in hoc horto? inſpicit homines *facientes fructum pœnitentiâ dignum Matth.3.* *Et vitis vera omnes palmites in ſe manentes facit, ut producant fructum multum Iohan.15.* efficitq; mala punica florere, i.e. Charitatem germinare, ut Johan. Calaguritanus interpretatur, *Matt.3,8.* *Ioh.15,5.*

(*Neſcivi: anima mea poſuit me quadrigas populi mei ſpontanei.*) *V. 11.*

Nunc in ſcenam introducitur Synagoga in horto nucum recens à Chriſto conversa, cujus adventu amore æſtuare cœpit in hæc verba itaq; irruit dicens: neſcivi, q.d. nec me ipſam, nec te novi, antequam Spiritu Sancto per adventum tuum ſum illuſtrata, neſcivi me eſſe fœditate peccati originalis ſc. & actualis coinquinatam, *nec novi, concupiſcentiam eſſe peccatum, niſi lex tua mihi dixiſſet: non concupiſces.* *Rom.7.* nec novi te lumen de lumine, Deum de Deo vero, natum ante ſecula, & in plenitudine temporis aſſumſiſſe carnē humanā, in quâ paſſus es, pro totius *Rom.7,7.*

generis humani delictis, nec scivi, te tàm
vehementem amatorem esse, tantâq; cha-
ritate in homines flagrare, antequam sum
verbo tuo illuminata amorisq; tui sagit-
tâ confixa, meq; quadrigas populi spon-
tanei constituisti, id est, Evangelistam, u
Orgelitan. Justus Orgelitanus interpretatur: Evan-
gelista & pœnitentiæ prædicatrix à te sum
constituta; *sonus itaq; meus exibit in omnem*
Ps.19,5. *terram Psal.19.* Tales quadrigæ erant Mat-
thæus, Marcus, Lucas, & Johannes, de qui-
Hab.3,8. bus *Habac.3.ait: equitabis super equos tuos, &*
quadrigas tuas salutem, quorum similitudo an-
te in visione Ezechielis repræsentata per qua-
tuor animalia, & rotam illam in medio rot
Ezech.1. Hi gloriam Christi, tanquam qua
Ezech.1,16. drigæ in omnes fines terræ vexerunt, &
Psal.110.v.3. præcipuè *ad populum voluntatis spontaneæ*
qui non coactè Christo obtemperat, se
dicit: *voluntatem tuam ut exequar, sum pa-*
1.Sam.3,10. *ratus; & cum Samuele: audio, quid loquitu*
Cant.1,3. *Dominus meus 1.Samuel.3. Item cum illis Cant*
1,3. in odorem unguentorum tuorum curremus
quia nomen tuum est unguentum effusum. E
Actor.2,28. *cum illis Actor.2. quid faciemus, Viri fratres;* E
Ier.42,5,6. *cum Israëlitis Ier.42. Sit Dominus nobis in te*
stem verum & fidelem, si non juxta omne ver
bum, ad quod miserit te Iehova Deus tuus a
nos, sic faciemus sive bonum, sive malum, voce
Domi

Domini Dei nostri audiemus, ut benè sit nobis.

Nec id mihi silentio prætereundum videtur, quod 70. & alij Patres verterunt quadrigas Aminadab, quod maximè Sanctę Linguæ repugnat: sunt enim duæ distinctæ voces עַמִּי quod significat populum meum: & נָדִיב quod spontaneum, voluntarium, munificum, vel ingenuum, aliquando Principem, ut infra c. 6. denotat, à radice נָדַב sponte moveri ad dandum aliquid. *c. 6, v. 1.*

(Revertere, revertere, ô Sunamitis; revertere, revertere, & spectabimus te: quid videbitis in Shulammitide? velut chorum castrorum.) *V. 12.*

Hic Ecclesia alloquitur Sororem suam, nondum conversam, & quatuor vitibus jubet eam reverti: 1. Ab ineptâ lætitiâ. 2. Ab inutili tristitiâ. 3. Ab inani gloriâ. 4. A latenti superbiâ, ut Bernhardus interpretatur in parvis serm. serm. 58. 1. Itaq; debet Sulamitis, & omnis homo pacificus (qui nomen cum hac muliere sortitus est à pace: שָׁלוֹם enim pacem denotat. reverti à vana mundi lætitia, nã ut Augustin. ait: mundi lætitia est impunita ne- *in parv. ser. serm. 58.* *Augustin.*

ta nequitia, quam sequetur æterna tristi-
cia : *cujus risus in luctus, & gaudium in mœro-*
Iob.4,9. *rem convertetur Iob.4.*

Qui ergò vult lætari in Domino semper læ-
Philip. 4. 4. *tetur Phil 4. & dicat cum Ecclesiâ Is.61. gau-*
Es.61,10. *dens gaudebo in Domino, & exaltabit anima*
mea in Deo meo. Et si hoc modo lætaris, tunc,
ut gaudet Sponsus super Sponsam: Sic gaude-
Es.62,5. *bit super te Deus tuus Es. 62.* Lætitia mun-
di quamvis optima sit ad lætitiam spiri-
tualem collata, tàm magnam proportio-
nem habet, quàm centrum ad circumfe-
rentiam, & gutta aquæ ad ingens pela-
Bernh. in serm. gus. Quare Bernhardus in sermon. ait:
illud est verum ac summum gaudium,
quod non de Creaturâ, sed de Creatore
concipitur, quod cum acceperis, nemo
tollet à te. Cui aliundè comparata o-
mnis jucunditas mœror est: omnis suavi-
tas dolor est: omne dulce amarum est:
omnis suavitas dolor est: omne dulce a-
marum est: omne decorum fœdum est:
omne postremò quod delectari potest
molestum est.

2. Ab inutili tristicia. Summa enim
plaga est tristis animus, quare Solomon
Proverb.15. ait: in mœrore cordis languescit spi-
Prov.15.13. *ritus. Et c.17. Spiritus contritus exsiccat ossa.*
c.17,22. *Syrach30. ne des in tristiciam animam tuam,*
Sy.30,20,24. *ne affligas te ipsum in consilio, tristiciam à*

longi

longè remove, nam multos perdidit & occidit.
Et c.38.v.19. â trisiciâ procedit mors, & trisiti- c.38,19,21.
cia cordis flectit vires, ne des in trisiciam cor
tuum, repelle eam memor noviſsimorum. Et Hi-
eronymus ſuper Johannem: Nulla res ita *ſup. Iohan.*
inebriat, ut animi perturbatio, id eſt, tri-
ſticia, quæ ducit hominem ad mortem,
hæc abominanda ebrietas eſt. Qui ergò
nunquam vult eſſe triſtis, benè vivat: bo-
na enim vita ſemper gaudium habet, ait
Hugo; & læta mens perpetuũ convivium. *Hugo.*
Triſticia a. ſecundum Deum eſt pœnitentia
in ſalutem 1. Cor. 7.
3. A vanâ gloriâ, nam eſt hujus ſeculi *1. Cor. 7, 10.*
fallax ſuavitas, & infructuoſus labor, &
perpetuus timor, & periculoſa ſublimi-
tas, initium ſine providentiâ. Auguſtin. *Auguſtin.*
Quare *Paulus ait: Gal. 5. ne efficiamini inanis* Gal. 5, 26.
gloriæ cupidi invicem provocantes, invicem in-
videntes. Et c.6. Si quis exiſtimat, ſe aliquid c.6,3.
eſſe, cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit Et *Philip.* Philip. 2,3.
2. Et Bernhardus in ſermon. ait: time Bernh. in
ſagittam, leviter violat, leviter pene- ſerm.
trat, ſed dico tibi, non leve infligit vul-
nus, citò interficit, ſagitta hæc nimirum
vana gloria, *Et Deus ipſe Ierem. 9. ait: ne*
glorietur ſapiens in ſuâ ſapientiâ, neq; potens Ier. 9, 23.
in potentiâ, neq; dives in divitijs ſuis, quin
imò glorietur in hoc, quod intelligit & ſcit,
me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

me Dominum facientem misericordiam, judicium, & justiciam in terrâ,

4. A latenti superbiâ. Ipsa enim ex Angelo Diabolum fecit, homini mortem intulit, ipsa est scelerum mater, omnium malórum fons, vena nequitiæ, cujus initium est, apostare à Deo, mediù velle esse, æqualem Deo, novissimum supra Deum. ut Bernh. ait: omnis superbus se supra Deum extollit. *Superbia igitur cordis, ne decipiat te habitantem in sciſſuris petræ Obad. 1. quia Deus potentes de se de deposuit, & exaltavit humiles Luc. 1. Humiliemur itaq; nos sub potenti manu Dei, ut nos exaltet tempore oportuno, 1. Petri 5.* Sed humilitas est rara avis in terris, & inprimis honorata, sive ad dignitatis fastigium evecta, ut Bernh. Hom. 4. super missus est, ait: non est magnum esse humilem in abjectione, magna autem virtus & rara prorsus humilitas honorata. *Revertere tandem prævaricatrix Israël ad Dominum, ne avertat faciem suam à te, & ne irascatur in perpetuum Ierem. 3. & c. 31. & dic cum omnibus fidelibus Hos. 6. Venite, & revertamur ad Dominum, quia ipse percussit, & sanabit nos, ipse vulneravit, & alligabit nos. Et Hos. 12. Ad Deum nostrum convertamur, misericordiam & judicium custodiamus, & expectemus Deum nostrum semper. Et c. 2. Vadam*

Bernh. Obad. 1, 3. Luc. 1, 52. 1. Petri 5, 6. Bernh. hom. 4. super missus est. Ierem. 3, 12. c. 31, 21. Hos. 6, 1. Hos. 12, 6. c. 2, 7.

&c.

& revertar ad virum meum priorem, quia melius fuit mihi tunc, quàm nunc, qui ita revertitur sincerâ fide ad hunc suum virum, cum quo est in æternum desponsatus, non morietur, sed vivet, & opera Domini annunciabit Ps. 118. quare Deus ipse ait Ezech. 18. non volo mortem peccatoris, sed ut revertatur, & vivat. Et Augustinus in Ps. 84. de hac re etiam perelegánter disserit, cum ait: Justicia de cœlo prospexit, tanquam Dei dicentis: parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit: ignoscamus, quia ipse agnoscit, conversus est ad puniendum peccatum suum, convertar & ego ad liberandum eum.

Ps. 118, 17.
Ezec. 18, 32.
August. in Ps. 84.

CAPUT VII.

(Quàm pulchri sunt gressus tui in calceis, filia Principis, vertebræ femorum tuorum sunt velut monilia, opus manuum artificis.) V. 1.

Per gressus hîc notatur Ecclesiæ, vel animæ profectus, ut testatur Ambrosius serm. 17. in Psalm. 118. Et per femora conjunctio duorum populorum in unâ fide, vel proles ab ipsis femoribus propagata, ut

Serm. 17. in Ps. 118.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Calagurit. ut ait Calaguritanus. Unde phrasis Scripturæ: hæ sunt animæ egressæ de femore hujus vel illius Viri, quare etiam Abrabam adjuravit servum suum, positâ manu sub femore suo Gen. 24. Quasi per Christum eum adjurasset, & per prolem, seu semen benedictum nasciturum ex femore, seu lumbis suis.

Gen.24, 2.

Christus itaq; hîc novellæ Sponsæ profectum commendat, & non sine causâ, antea enim erat filia *Principis hujus seculi, & tenebrarum* Ephes. 6. *nunc autem per* DEI *gratiam facta est filia Regis Regum, & Domini Dominantium, quare* David Ps. 45. *ait: Filiæ Regem sequuntur in pretiosis vestibus, adstitit conjunx ad Dextram tuam in massâ auri Ophir. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populi tui, & domus patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse Dominus tuus, & tu incurves te ei tota inclyta filia Regis intrinsecus ex auro vestimentum tuum.* O *quàm speciosi sunt pedes tui, ô filia Principis* Isai. 52. *Et gressus tui firmati sunt in eloquio Domini, & non exercebit imperium in te omnis iniquitas* Psalm. 119. *tu neq; abominata es decorem tuum, neq; devaricâsti pedes tuos omni transeunti* Ezech. 16. Ideò gressus tui sunt omni encomio digni,

Eph.6,12.

Ps.45, 10, 11.

Es. 52, 7.

Es,119, 133.

Ezec. 16, 25.

quia

qui non in consilio impiorum ambulant, & in viâ peccatorum non stant Ps.1. *sed eunt de virtute in virtutem* Psalm. 84. *ascendunt q3 in montem Domini, &. in domum Dei Iacob, & ambulant in semitis ejus* Es.2. Ps.1, 1. Ps.84, 8. Es.2, 3.

2. Ei conjunctionem cum populo Dei gratulatur, nimirum *quod sit inter sanctos sors ejus, & inter filios Dei computata Sapient.5. ac in electum numerum salvandorum recepta, librog3 vitæ inscripta, beata es, quia Deus elegit te in populum, & hæreditatem sibi Psalm.33. & in genus electum, & regale sacerdotium, & gentem sanctam populumq3 in vendicationem, & in admirabile suum lumen 1.Petri 2.nunc venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est Es.60.* Sap.5,5. Ps.33, 12. 1.Pet.2, 9. Es.60,1.

Hæc duo femora & monile summo artificio Christi sunt concatenata, Judæi scilicet & gentes. *Radix enim Iessæ stat in vexillū populorū, illā gentes quærent Es.11. apud illā non est personarum acceptio, nec ulla Iudæi vel Græci distinctio, sed qui nomen ejus invocaverit, salvus erit Rom.10. Nunc igitur pacificè cohabitat Lupus & agnus, pardus & hædus, vitulus & Catulus Leonis, vacca & ursa, leo & bos. Non malefaciunt, neq3 corrumpunt in monte* Es.11, 10. Rom.10, 12.

sancti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ſanctitatis, quia repleta eſt terra ſcientiâ Do-
Eſ.11.,6,7,9 *mini Eſai. 11. Nunc omnes gentes confluunt ad*
Eſ.2, 2. *montem Domini, hoc eſt, Eccleſiam Eſai.2, 2. &*
dicunt: Ibimus vobiſcum, quia audivimus De-
Zach.8,23. *um vobiſcum Zach.8. Nunc gentes ſunt cohære-*
des concorporales, & comparticipes promiſſio-
Eph.3, 6. *nis Chriſti per Evangelium Eph.3.*

(Umbilicus tuus crater rotundus non
V.2. *indigebit temperamento, venter tuus*
acervus triticorum ſeptus lilijs.)

Sicut Deus vituperat Eccleſiam, quod præciſum umbilicum non habeat, cum
Eze.16,3,4. ait: *Ezech. 16. Radix tua & generatio*
tua de terrâ Chanaan, pater tuus Emorrhæus
& mater tua Chethæa, & quando nata es, non
eſt præciſus umbilicus tuus, & aquâ non eſt lo-
ta: Sic eam hic laudibus ſummis extollit, illo
quod præciſum habeat umbilicum, e
umq; confert cum cratere rotundo, nun
quam carens potûs.

Per hunc umbilicum & ventrem in
telligit Theodoretus animæ penu arca
nis plenum myſterijs. Tres Patres Græc
vim ſenſitivam; Calaguritanus intelle
ctum hominis, Orgelitanus, eos, qui ſan
cta Scripturarum alimenta percipiunt
alij Jeruſalem. Sicut enim umbilicus e
in medio corporis humani; ſic Jeruſalem
inme-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

m ni in medio terræ ſita eſt, ut Rabbi Abene-
ı ɜɪʒzra in cap. 1. Eccleſ. ſtatuit. Et ex Pſal. 74. *Pſ. 74, 12.*
ɔoɹpquoddammodo concluditur. *Deus ſa-*
ɯɯ*lutem operatus eſt in medio terræ.* Sed Gre- *Gregorius.*
ıno*gorius per umbilicum prædicatores, &*
v ɹɔqper ventrem populum, quem ſeqnemur.
ıuɔiSicut ergò fœtus adhuc in utero mater-
ɔ onno exiſtens, lacte matris deſcendente,
ı ɹɔqper umbilicum, tanquam per canalem
ɔv ɯn ventrem, nutritur, ut Phyſici ſtatu-
ı ;ɹnɯnt; ſic deſcendit verbi divini lac ad po-
ıuluɔoulum & auditores ab uberibus miſeri-
ibıo:cordiæ & bonitatis Dei mediantibus
ıɔno:concionatoribus. Deus enim omnia per
ibɔɯmedia agit, & ſine eis plerũq; ſemper ni-
ɔ .lɪnıl. *Quare Paulus vocat ſuos auditores natos*
ıp.ıoɯ*ſuos, quos iterum parturit Galat. 4, & 1. Cor. 3,* *Gal. 4, 19.*
ɟgƎ .ſ .2. *Ego vobis tanquam infantibus in Chriſto* *1. Cor. 2, 1, 2.*
ɹoq ɔɹɔ*ac potum dedi, & non eſcam, nondum enim*
ɹ.ɹɹoteratis, nec adhuc poteſtis. Hebræor. 5. opus ha- *Hebr. 5, 12.*
ıalɟɹɹetis lacte, & non ſolido cibo. Et 1. Petri 2. Sicut *1. Petri 2, 2.*
g ɔbo ɹodo geniti infantes ſine dolo lac concupiſcite.
bıuɟıquidem paſtores conferuntur umbili-
ıɔlɔ ıs plenis miſto potu, ut crateres rotun-
dɔD .ı.Debent itaq; auditoribus ſuis verbum
ɔıſ ıɔ ɔei ſic mixtum proponere, nunc lege in-
ɯɔɑɔ repare, & verbi Dei minis contumaces
ɹɔſlo roſternere, nunc Evangelio mœſtos & de-
ıdɹɔ ɔerabundos conſolari, pro ut occaſio &

Nathan Davidem, & Jeremias populum Jſraëliticum, qui per totam ſuam prophetiam nunc verbi divini fulmine proſternit inobedientes nunc, conſolationibus erigit eliſos, *in quibus fiet tandem fons aquæ ſalientis in vitam æternam* Ioh. 4,14. *ex quorum ventre fluebant flumina aquæ vitæ* c. 7.

Ioh. 6,14. c. 7,38.

V. 3. (*Duo ubera tua, ut duo hinnuli gemelli capreæ.*)

V. 4. (*Collum tuum, ſicut turris Eboris: oculi tui piſcinæ in Heshbon, ad portam Bathrabbim, naſus tuus ſicut turris Libani proſpectans faciem Damaſci.*)

Hæc ubera, oculos, & collum ſupra explicata habes c. 4. v. 1, 4, 5. Quid autem per naſum intelligatur, videre eſt apud Theodoretum, ubi tres Patres diſcretionem Spirituum, ſive vim diſcernendi interpretantur, quâ homo diſcernit inter fœtorem, & odorem, nigrum & album, amarum & dulce, verum & falſum, bonum & malum, diem & noctem, lucem & tenebras, peccatum & juſticiam, Chriſtum & Belial, Deum & Diabolum.

Hoc maximè est opus, *Nam Diabolus aliquando se transformat in Angelum lucis, & ministri ejus se in ministros justiciæ transmutant.* 2.Cor. 11. & ut Augustin. sol. cap. 17. dixit: Diabolus nunc hic, nunc illic, nunc magnagnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in se ostendit. Ut tristes decipiat, tristatur & ipse, ut gaudentes illudat, fingit & se gaudere, ut spirituales defraudet, in angelum lucis se transfigurat, ut fortes comprimat, apparet agnus, ut mites devoret, apparet Lupus. Et post pauca: nunc ut leo, nunc ut Draco, manifestè & occultè, intus & extra, die & nocte insidiatur, ut rapat animas nostras: Sed heu heu dolor non possumus absq; divinâ gratiâ discernere inter bonum & malum, verum & falsum, per nos ipsos credimus tenebras, lucem, peccatum, justiciam, vitia, virtutes esse, oremus, itaq; cum Augustin sol. c. 12. ubi ait: Allide concupiscentiam meam dulcedine tuâ, quam abscondisti timentibus te, ut concupiscam concupiscentijs sempiternis, ne vanus illectus & deceptus, interior gustus sanat amarum dulce, & dulce amarum: tenebras lucem, & lucem tenebras &c. Et c. 13. ait Idem. Sine te omnia sunt mihi tenebræ, omnia mala, quia sine te vero

2.Cor 11, 14, 15.

Augst. sol. 6. 17.

Augustin. sol. c. 12.

Id. August. c. 13.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

solo & summo bono. Hoc confiteor, hoc scio, Domine Deus meus, quia ubicunq; sum sine te, malè est mihi præter te, non solùm extra me, verùm etiam in me: quia omnis copia, quæ non est DEUS: mens mihi est egestas. Et post pauca Mundus clamat: deficio: tu Domine clamas: reficio, & misera, mea prava (animam) magis sequitur deficientem, quàm reficientem &c. Et cap. 6. ait: Cum fui sine te, non fui, sed nihil fui; & ideò cæcus eram surdus & insensibilis: quia nec bonum discernebam, nec malum fugiebam nec dolorem vulnerum sentiebam, nec tenebras meas videbam: quia eram sine te, verâ luce. Et post pauca: Cæcus eram & cæcitatem desiderabam: vinctus eram, & vincula non horrebam Amarum dulce, & dulce amarum credebam, miser eram, nec cognoscebam, & hoc, quia sine verbo eram.

Id. c. 6.

Damascus fuit metropolis Syriæ, contra quam Jeremias vaticinatur. c. 49. Hebræo est אַפַּיִם quod propriè iram denotat, sed per synechdochen nasum, à dice אָנַף iratus est, vel iram naribus spirat ravit.

Ier. c. 49. 23 24, 25, 26.

Nec id mihi silentio obruendum vid

tum

tur, quod Bathrabbim non videtur esse una vox, sed duæ distinctæ; sic enim est in Hebræo בַּת־רַבִּים quod redditur filia multarum, seu magnarum, & illud cum versione 70. convenit, qui reddiderunt ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν, id est, in portis filiæ multarum, sed quicquid sit, Judicium tamen peritioribus Sanctæ linguæ studiosis relinquo.

(*Caput tuum super te ut Carmelus, & coma capitis tui, ut purpura: Rex ligatus est in canalibus.* V. 5.

Per caput Christus intelligitur, qui est Ecclesiæ caput, *ut Eph. 5.* *Vir est caput mulieris, sicut & Christus caput Ecclesiæ. Et 1. Cor. 11.* *Omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput verò Christi DEUS. Ecclesia est mulier circumamicta Sole, sub cujus pedibus est Luna, & in capite ejus, id est, in Christo corona stellarum duodecim Apoc. 12, 1.* Eph. 5, 23. 1. Cor. 11, 3. Apoc. 12, 1.

Gregorius Papa hæc ita interpretatur: Caput Ecclesiæ Christus, qui benè ut carmelus dicitur, quia ipse per Passionem, quam sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus. In Carmelo quippe Elias orans obtinuit pluviam: Et nos in Greg. Papa.

in Carmelo orantes pluviam impetramus, quando in Christum credentes Christum desideramus, & a Patre irrigationem gratiæ suscipimus, quando rogamus.

Per comas cogitationes (ut supra) quæ purpuræ conferuntur propter purpureum colorem: qui enim pijs saginatur cogitationibus, sanguine Jesu Christi rubro, fluente ex quinq; vulnerum canalibus aspergitur. Hisq; pulcris piarum cogitationum capillis more amantium non catenis ferreis vincitur, ligatur & tenetur Rex gloriæ, & amor æternus. Sic Exod.32,10. Moses Deum ligavit Exod.32. cum ei ait: *nunc igitur demitte me, ut excandescat furor meus in eos &c.* Et Iacob quamvis lepore timidior Gen.32,7. v.24. Gen.32. tamen cum filio Dei luctavit, eumq; vicit: *Sic & nos cum Ninivitis, & mulier Chananæa ligemus Christum, eumq; ad nostra vota inflectamus, ut est,* Ion.3,10. Ion 3. Matt.15,28. Ps.118,27. Es.64,7. Matt.15. Ps.118. *Ligate agnum in implicationibus usq; ad cornua altaris. Ne querelam illam Es.64. nos effundat, cum ait: nemo invocat nomen meum, aut se excitat, ut me comprehendat & tentat.*

Per canales intelliguntur vulnera Christi, ut ait Calaguritanus, per has rimas & canales licet nobis gustare, quam sua Calagur.

vi v

vis sit Dominus, per has abluimur ab omni peccati fœditate & coinquinamento, ex his solâ fide bibamus, quare Augustinus Manual. c. 21. ait: tuta & firma requies est infirmis, & peccatoribus in vulneribus Salvatoris. Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Quicquid mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini mei, quoniam misericordiâ affluunt, nec desunt foramina, per quæ effluunt. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis. Vulnera JESU CHRISTI plena sunt misericordiâ, pietate, dulcedine, & charitate. Et c. 23. ait: idem: Longius aperuit mihi latus Christi lanceâ, & ego intravi, & ibi requiesco securus. Et Bernhardus serm. 61. in Cantic. ait: Si ergò in mentem venerit tàm potens, tàmq; efficax medicamentum, nulla jam possum morbi magnitate terreri. Ego ergo fidenter, quod mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini, cum misericordiâ effluant: nec desunt foramina, per quæ effluant.

Augustin. in man. c. 21.

Id. c. 23.

Bernh. ser. 61. in Canti.

Hæ canales non turbidam & squalidam, sed vivam & limpidissimam sitientibus tribuunt aquam, non parce, sed undè: quare idem epistol. 190. ait:

Id, ep. 190.

Fuit sanguis, qui effusus est, tàm multis ad ignoscendum: ut ipsum quoq; peccatum maximum, quo factum est, ut effunderetur, deleret. Et serm. 22. in Cantic. ait: non gutta, sed unda sanguinis largiter per quinq; partes corporis emanavit. *In his passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos Psalm. 84.* in his habes pharmacum contra desperationem, electuarium contra morbum animæ.

Id serm. 22. in Cantic.

Ps. 84, 4.

Aug. man. 22 Bernh. ser. 61, 62. in Cant.

Qui plura vult, legat Augustinum man. 22. & Bernhardum sermon. 61. & 62. in Cantic.

V. 6.

(Quam pulchra es, & quàm amœna, ô amor in delicijs.

Sicut Iacob pro Rachaele amore suo servivit XIV. annos, qui visi sunt ei pauci & q. dies unus. eò quod dilexerit eam, & pro quâ æstum diei, & frigus noctis sustinuit, receßitq; ſummus ab oculis ejus Gen. 29. & c. 31. Sic cœlestis Jacob filius Dei pro pulchrâ & amœnâ Ecclesiâ suâ, quam hic amorem suum vocat, servivit XXXIII. annis, ac iræ divinæ æstum frigusq; inferni in arâ crucis sustinuit, & peccati pondus & *talentum plumbi portavit Zach. 5, 7. fugitq; ſomnus ab oculis ejus, cum in oratione suâ pernoctavit hæc*

Gen. 29, 20. c. 31, 40.

cum

cum desiderio maximo. Luc. 22. & spiritus exultatione passus est, ut est Psalm. 19. exultavit ut Gigas ad currendum viam suam: quare Hieronymus ait: nihil amantibus durum, nullus labor difficilis: amemus & nos Christum, & facile videbitur esse difficile. *Luc. 22, 15.* *Ps. 19, 6.* *Hieronym.*

Et Bernhard. serm. 86. in Cantic, amor ubi est, labor non est. Hæc omnia mala pro amore & sponsâ suâ toleranda elegit. Eam igitur charitatis titulo insignit, quia tàm clarè emit. *Et pretiosa est redemptio animæ ejus Psalm. 49.* Et cum eâ adamantino dilectionis nodo, indissolubili; spiritûs vinculo consociatus, & glutino amoris conjunctus. Et vocat amorem in delitijs, *quia delectationes & deliciæ ejus sunt cum eâ in æternum Prov. 8.* Et *quia ipsa verbo Dei delectata est Psalm. 119.* Et *lex Dei deliciæ ejus: nisi enim lex Dei fuisset deliciæ ejus, periisset in afflictione suâ.* *Bernh. s. 89. in Cant.* *Ps. 49. v. 8.* *Prov. 8, 31.* *Ps. 119, 70. v. 77, & 174 v. 26.*

De hac hominis cum Deo conjunctione per charitatem doctè disserit August. nan. c. 19. cum ait: Deus pater charitas est, Deus filius Dilectio est; Spiritus Sanctus amor Patris & filij. Hæc Charitas & dilectio aliquid simile requirit in nobis, scil. charitatem, quâ velut quâdam affini- *Aug. man. c. 19.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

affinitate consanguinitatis ei sociemur, & conjungamur. Amor dignitatis nescius; reverentiam nescit. Et cap. 20. Amor Dei amorem animæ parit, & eam intendere sibi facit. Amat Deus, ut ametur, cum amat, nihil aliud vult, quàm amari, sciens amore esse beatos, qui se amaverint. Et post pauca: Non pari ubertate concurrunt amor & amans, anima & Deus, creator & creatura: tamen si ex toto te diligit, nihil deest, ubi totum est. Non timeat anima, quæ amat, paveat, quę non amat.

C.20.

Sponsa non deprædicatur pulchra & amœna propter hujus seculi delicias, ut *epulo ille Luc.16. & dives ille Luc.12. & ut illi Sap.2. Sed propter verbi divini delicias, & epulas cœlestes, quibus fruitur non extra Deum, sed in Deo*, qui enim extra Deum delitiatur, deliciæ ejus citò transeunt, sed malum delicijs & voluptate commissum manet, & qui in mundo vult delitiari, in inferno debet tristari, quia impossibile est, ut homo transeat à delicijs ad delicias, ut præsentibus & futuris bonis fruatur. Quare August. solil. 22. ait: Qui hîc consolantur, indigni tuâ consolatione habentur. Sed qui hîc cruciantur, à te consolantur: Et qui participant passio

Luc.16,19. Luc.12,19. Sap.2,6.

August. Soliloq. 22.

nibus, participant & consolationibus. Nemo enim potest in utroq; seculo consolari, nec potest quis hîc, & in futuro gaudere, sed unum necesse est, ut perdat, qui alterum voluerit possidere.

Hæc ubi considero, Domine, consolator meus, in hac vitâ renuit consolari anima mea, ut digna habeatur tuis consolationibus æternis, quia justum est, ut amittat te, quicunq; in aliquo alio magis consolari eligit, quàm in te. Et obsecro, summa veritas, te, per te non permittas me in aliquâ vanâ consolatione consolari. Sed peto, ut omnia mihi amarescant, ut tu solus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæstimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. &c.

(*Ista statura tua similis est palmæ, & uberatua botris.*) V. 7.

Hle processus, sive profectus tuus *de virtute in virtutem. Psal. 84.* assimilatus est palmæ. Sicut enim palma quantò magis oneribus deprimitur, tantò altius crescit: Sic Ecclesia, & omnis Sponsa Christi adversitatibus crescit, sed prospe- Hilarius. ritatibus decrescit, ut ait Hilarius. Et fide- Ps. 84, 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

fideles, dum occiduntur, creſcunt, dum minuunrur, multiplicantur, dum ſubjiciuntur, ſuperant, dum expelluntur, intrant, vincunt, dum vincuntur. Luther. Huc illud *Pſalm 92. Iuſtus ut palma florebit, ſicut Cedrus Libani multiplicabitur, &c.*

Pſ. 92, 13.

Per ubera vetus & novum teſtamentum intelliguntur. Et hæc ſunt botris ſimilia. Nam ſicut botri ſunt pleni vino, *quod cor hominis recveat. & reficit Iud. 9. Pſal. 104.* Sic Veteris & Novi Teſtamenti uberа plena ſunt conſolationis vino, *ut Gen. 6. non deceptabit Spiritus meus cnm homine in ſeculum, eò quod caro ſit. Et Exod. 34. Iehova fortis miſerator, & miſericors, tardus ad iram, & multus miſericordiâ, & veritate ſervans miſericordiam millibus, aufferens iniquitatem, prævaricationem & peccatum* Et Deut. 33. *Dilectus Domini habitabit confidenter juxta illum, tegens illum totâ die & inter humeros ejus habitabit.* Et 2. Paral. 30, 9. *Gratioſus & miſericors Dominus Deus veſter, & faciem ſuam à vobis non avertet, ſi vos ad eum reverſi fueritis.* Et 4 Esdræ c. 1. (*qui tamen nec habraicè, nec græcè ſcriptus proſtat) nonne vos rogavi, ut pater filios, mater filias, & ut nutrix parvulo. ut eſſetis mihi in populum, Ego vobis in Deun*

Iud. 9, 13.
Pſ. 104, 15.
Gen. 6, 3.
Exod. 34, 6.
Deut. 33, 12.
2. Par. 30, 9.
Eſdr. c. 1, 28.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

& vos mihi in filios : Ego vobis in Patrem, ita vos collegi, ut gallina pullos suos, modo quid faciam. Et Syrach. 2. quanta est majestas Dei, tanta ejus misericordia. Et c. 18. miseratio hominis confertur saltim in proximum suum; at misericordia Domini omnes complectitur mortales. Scripta Prophetarum, Christi, & Apostolorum sunt plena hujusmodi botris, ideò lectorem ad illa relegatum volumus.

Syr. 2, 32. c. 18, 12.

(Dixi, conscendam palmam, prehendam palmites ejus : Et sint nunc ubera tua, sicut botri vitis, & odor nasi tui, sicut Poma.)

V. 8.

Priora hujus versiculi verba sunt sponsæ, ut Theodoretus testatur, posteriora autem Sponsi, quod Hebræus textus convincit. Sponsa ergò ex commendatione Christi inflammata, & incitata amoris stimulo ait : Ascendam palmam, & prehendam ramos ejus: q. d. si ego similis sum palmæ, tum ut palma floream nullo persecutionum turbine prosternar, nullis calamitatum procellis concutiar, sed ad fastigium perfectionis & beatitudinis ascendam, & ad mensura-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ſuram plenitudinis ſtatumq; immortalitatis, & bravium vitæ æternæ tandem perveniam. Sic debet quivis pius cum ſponſâ votum Deo vovere, non temeritatis, ut Iephthæ. *Iud. 11. & David 1. Sam. 25.* (Et ſi tale quis voverit non debet illud implere, ſed reſcindere *cum Davide v. 34.*) Sed pietatis quid debet exſolvere, nam melius eſt, non vovere, quàm vovere, & votum non reddere; quare Moſes ait *Num. 30. Vir cum voverit votum Domino, vel juramentum juraverit, non faciet irritum verbum ſuum, nec polluet, ſed omne, quod promiſerit, implebit &c. Et Deut. 23. cum voveris votum Domino Deo, non tardabis rependere illud, quia requiret Dominus Deus tuus illud: Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Et David Pſ. 50. redde altiſſimo vota tua. Et 76. vovete, & reddite Domino Deo veſtro. Et Pſalm. 66. & Pſalm. 116.*

Iud. 11, 13.
1. Sā. 25. 22.
Num. 30, 3.
Deut. 23, 21,
Pſ. 50, 14.
Pſ. 76, 12.
Pſ. 66, 13.
& 116, 14.

Sed tamen & hoc notandum, quod ſi homo millies dixiſſet: aſcendam & apprehendam, id eſt, tàm piè vivam in poſterum, nunquam amplius Deum tàm fœdis peccatis offendam, ut antea. Et ſic tunc Deus gratiam ſuam, & manum auxiliatricem ſubtraxerit, ſtatim votum

votum redditur irritum, & in tale peccatum potes idem prolabi, in quale nunquam vel cogitasset, vel speravisset; nullum enim est dilectum, quod fecerit unus homo, quod etiam & alter facere non potest, si creator deserit, à quo factus est homo: nam sine Dei lumine, nihil est in homine, *neq; est currentis, neq; volentis, sed Dei miserentis Rom. 9.* Quare Augustin. solil. cap. 25. non est hominis velle, quod possit, aut posse quid velit, vel scire, quod velit & possit, sed potius à te gressus hominis diriguntur, illorum inquam, qui non à se, sed à te se dirigi confitentur. Et c. 15. ait. Domine, confiteor, ut me docuisti, nihil aliud sum, quàm universa vanitas, umbra mortis, & abyssus quædam tenebrosa, & terra inanis & vacua, quæ sine tua benedictione nihil germinat, fructum, quoq; non facit, nisi confusionem, peccatum & mortem.

Rom.9,16. Augustin. soli.c.25.

Id.c,15.

Si quid boni unquam habui, à te recepi, quicquid boni habeo, tuum est, vel à te habeo.

Si quando steti, per te steti, sed quando cecidi, per me cecidi. Et semper in luto jacuissem, nisi tu me erexisses, semper cœcus fuissem, nisi tu me illu-

illuminâsses. Quando cecidi, nunquam surrexissem, nisi tu mihi manum porrexisses. Postquam etiam me erexisti, semper cecidissem, nisi tu me sustinuisses. Sæpius perijssem, nisi tu me gubernâsses &c. Et cap. 13. quando peccavi, corripuisti me; quando desperavi, confortâsti me: quando cecidi, erexisti me: quando steti, tenuisti me: Quando iri dixisti me: quando veni, suscepisti me. Et 6 ait: Idem ego peccavi tu me visitasti: ego cecidi, tu me erexisti: ego ignoravi, tu me docuisti: ego non vidi, tu me illuminâsti.

Id. c. 13.

Id. c. 6.

Ps. 37, 23. *Et David Psalmo 37. A Domino gressus hominis firmantur, & viam ejus volet, cum ceciderit, non protelabitur, quia Dominus suscipit manum ejus.*

Ier. 10, 23. *Et Ierem. 10. novi, Domine, quod non est hominis via ejus, nec virientis est præparare gressum suum.*

Reliqua hujus versûs sunt verbi Sponsi supra vers. 4. & 7. explicata.

V. 9.

(Et palatum tuum, ut vinum optimum vadens ad dilectum meum, rectissimè: faciens loqui labia dormientium.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Hic ponitur palatum seu guttur, ut v. 570. vertunt, pro verbo è gutture prolato per metonymiam.

Commendat itaque adulta Sponsa sororem suam juniorem, quod eloquia ejus, quibus Christum confitetur, sunt vinum optimum, quæ ad dilectum & rectitudinem ipsam (ut in Hebræo est) cui est CHRISTUS, perveniunt, tanquam amque efficaciam habent, ut labia dormientium loqui efficiant; Sicut ergò in vino 1. est dulcis sapor. 2. Vis delectandi reficiendi. 3. Calefaciendi & inebriandi: Sic & in verbo DEI, quod gutture & more concionatorum profertur, 1. est dulcis admodum sapor: quare David ait *Psal. 19. Statuta tua desiderabilia præ auro, & æ obrizo multo, & dulcia præ melle ori meo.* Psal. 19, 11.

Psal. 31. ô quàm magna dulcedo, quam abondisti timentibus te. Gustate itaque & vite, quàm suavis sit Dominus, cum verbo suo, atus qui sperat in eo Ps. 34. Psal. 31, 20. Psal. 34, 9.

2. In verbo DEI vis quædam vivificandi & delectandi; est *Ps. 119. In via testimoniorum tuorum gaus sum sicut super omni ubertate, & delitia in mandatis tuis, quæ dilexi* v. 47. *Et nisi tua deliciæ meæ, perijssem in afflictione meâ, ia verbum tuum vivificavit me* v. 50. *Hoc udium cordis mei* v. 111. *Ierem. 15, 16. Inventi* Ps. 119. 14. V. 47. V. 50. V. 111. Ier. 15, 16.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sunt sermones tui, & comedi eos, & fuit ver-
bum tuum mihi in gaudium, & laticiam cor-
Ps. 19, 8, 9. *dis mei. Et Psalm. 19. Lex domini perfecta con-*
vertens animam, præcepta Domini recta, læti-
ficantia cor, & pura illuminantia oculos. Et
Ioh. 6, 63. *Christus Ioh. 6. ait: Verba, quæ ego loquor vobis,*
Spiritûs sunt & vita. id est vivificant, & Spiri-
tum Sanctum afferunt, 3. Vis calefaciendi & in-
ebriandi. Est enim virtus Dei in salutem omni
Rom. 1, 16. *credenti Rom. 1. quare Deus ait: Ier. 23. nonne*
Ier. 23, 29. *verbum meũ est ut ignis, & ut malleus conteren-*
Hebr. 4, 12. *petras. Et Hebr. 4. Vivus est sermo DEI, & effi-*
cax, & penetrabilior omni gladio ancipiti per-
tingens usque ad divisionem animæ & Spiritû.
compaguum quoque & medullarum. Hoc red-
dit animas nostras ebrias, facitq; labra dormi-
Ioh. 6, 68. *entium loqui magnalia DEI, ut Petri Iohan. 6.*
qui ait: Domine, ad quem ibimus, verba vit
æternæ habes. Et Phariſæorum miniſtrorun
Ioh. 7, 46. *Ioh. 7. qui verbo Dei inebriati dicebant: nun-*
quam sic locutus est homo, ut hic homo. H
Luc. 10, 39. *Mariæ sororis Marthæ Luc. 10. Et Davidis*
Ps. 119, 43, & 140. *qui ait: Psal. 119. ne auferas de ore meo ver-*
bum veritatis usque in seculum, quia purifica-
tum valdè, & servus tuus dilexit illud. I
mulieris Samaritanæ Iohan 4. & illius Luc. 1.
Ioh. 4, 15. *tunc Deus inebriavit animam lassam, &*
Luc. 11, 27. *mnem animam dolentem implevit Ieremi-*
Ier, 31, 25. *as 31, 25.*

Ej

(*Ego dilecti mei sum, & super me desi-* V. 10.
derium ejus.)

Sicut anima Jacobi & Rachaêlis e-
rant indissolubili amoris vinculo conglu-
inatæ, & erga eam erat omne desiderium
Jacobi Gen. 29. Sic dicit hîc Sponsa Gen.29,17.
Christi, se dilecti sui unicam esse, erga
suam sit omne Sponsi desiderium. *Ipse*
est maritus meus, & factor meus, Dominus
zebaoth nomen ejus, & Redemptor meus, &
Deus meus: Ego verò uxor adolescentiarum
ius Es. 45. Ipse concupivit decorem meum, quia Es.54,5. 6.
ominus meus est: ego incurvo me ei Psal. 45. Psal.45, 12.
se transivit juxta me, & vidit me, & ecce
mpus amorum, & expandit alam suam super
e. & operuit nuditatem meam, & juravit
ibi, & ingressus est in pactum mecum, lavit
e aquis, & unxit me oleo, & operuit me seri-
& ornavit me ornamento, & dedit armil-
super manus meas, & torquem super gut-
r meum, & posuit coronam gloriæ in capite
o, & ornavit me auro & argento, &c. nec
abominata sum decorem meum Ezech. 16. Ezech.16. v.
Deus eligit me tanquam Sion, & deside- 8.9,10,11.
vit in habitaculum sibi. Ego requies ejus in 12, 25.
ulum, in me habitabit, quoniam desideravit
Psal. 132. Adhæsit anima mea ei, & dextra Psal.132,12.
suffulsit me Psal. 63. Psal. 63, 9.

vinculo Spiritûs, & glutino charitatis

1.Sam.13,14 conjuncti Deus & David *Vir secundum cor*
Psal.73.28. *Dei* 1. Sam.13. *qui dicit*: Psal. 73. *mihi adhæ-*
rere Deo bonum est. Item Salomon & Deus vo-
catur enim יְדִידְיָה *id est, dilectus Dei, quia*
2.Sã.12,25. *dilexit Iehovam ambulando in Præceptis Pa-*
1.Reg.3,3. *tris sui* 2. Sam.12. & 1.Reg. 1. 3. *Sic* CHRISTUS
& Nathanael, quia de eo ait CHRISTUS
ecce verè Israelita, in quo non est dolus. Et
Nathanael de CHRISTO *ait: Tu es Filius* DEI
Ioh.1,47, *& Rex Israelis* Ioh. 1. *Sic Christus & Iohannes*
49. *Evangelista, qui super pectus ejus in cœnâ recu-*
Ioh.21,20. *buit* Iohan. 21. *Sic Christus & Paulus, Christus*
enim vocat eum vas electum, qui nomen ejus
coram gentibus, Regibus & Filiis Israel porta-
Actor.9,15. *ret* Actor. 9. *Paulus ergò ait.* Rom. 8. *quis non*
Rom.8,35. *separabit à charitate Christi? &c. Sic Deus*
Psal.79,13. *Ecclesia* Psal. 79. *nos populus tuus, & pecus*
pascuæ tuæ, confitebimur tibi in seculum, in
generationem & generationem narrabimus
Esa.62,3,4. *laudem tuam. Et* Esa. 62. *vocaberis nomine no-*
5. *vo, quod os Domini declarabit, & eris diadema*
gloriæ in manu Domini, & cidaris regni in ma-
nu DEI tui, voluntas mea in te, & terra tua
maritata erit, quia sicut diligit juvenis virgi-
nem, & sicut gaudet Sponsus super Sponsam
Id.c. 63, *sic gaudebit super te Deus tuus.* Et cap. 63.
16. *pater noster, quia Abraham nescivit nos, & Is-*
rael non cognovit nos: tu Domine, Pater no-
ster, Redemtor noster, à seculo nomen tuum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Et c. 64. Respice quæso, populus tuus omnes nos, Id. c. 64, 9.
Et c. 65. Exultabo in Ierusalem, & gaudebo in c. 65, 19.
populo meo, & non audietur in eâ ultrâ vox
letus, & vox clamoris. Et Zacharia 13. Dixi Zach. 13, 9.
populus meus ipse: Et ipse dicet: Dominus Deus
neus. Et Apoc. 21. Ipsi populus ejus erunt, & i- Apoc. 21, 3.
se Deus erit cum illis. Et v. 7. Ero illi Deus, & V. 7.
lle erit mihi filius. Et Exod. 19. Elevavi super Exod. 19, 4,
os alas aquilarum, & adduxi vos ad me, eritis 5, 6.
mihi in peculium præ omnibus populis, & re-
num Sacerdotale, & gens sancta. Et Levit. Levit. 26, 11.
6. ponam habitationem meam in medio vestri,
& non probabit anima mea vos, & ambulabo
in medio vestri, & ero vobis in Deum, & eritis
mihi in populum. Et Es. 43. pretiosus & glori- Es. 43, 4.
sus fuisti in oculis meis, & ego dilexi te. & da-
bo hominem pro te, & populos pro animâ tuâ.
c. 46. Vos in utero meo portavi, & usque ad c. 46, 3, 4,
nectam ego ipse, & usque ad canitiem ego ba-
bulabo, ego feci, & ego feram, & ego bajulabo,
eruam. Et Ierem 13. 11. Sicut adhærebit cin- Ierem. 13, 11.
ctum ad lumbos viri: Sic adhærere feci ad me
omnem domum Israel, & Iuda, ut existant mi-
hi in populum, in nomen, in laudem, & in glo- Id. c. 14, 9.
riam. Et c. 14. tu in interiori nostro, Domine, & c. 32, 38, 39,
nomen tuum super nos invocatum est. Et c. 32. 40.
Ezech. 34. Et cap. 37. 2. Cor. 6. Ezech. 34,
Insuper dicit Sponsa, quod deside- 30, 31.
rium Sponsi sit super se. Non immeritò c. 37, 26, 27.
2. Cor. 6, 16.
&c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

itaq; vocatur desiderium collium æternorum
Gen.49,26. Gen 49. & omnem gentium Hag. 2. Et quan
H ag. 2, 8. doquidem coram Deo est omne desiderium no
Psal. 38, 10 strum Psal.38 Hunc igitur desideratissimum
insatiabili desiderio desideremus: Et sicut cervu
desiderat ad fontes aquarum: ita desideret a
Psal. 42, 2. nima nostra fontem illum vivum Psal. 42. &
Ps. 119, 74. dicamus cum Davide Psal. 119. Desidero salu
tem tuam, Domine; sic desiderium justorum
Prov.10,23. profectò ipse dabit Prov. 10. Sic Augustinus
Augustin. Sponsam suam desideravit cum ait Mæ
man.14. nual. 14. Tuæ charitatis jaculo vulnera
tus sum, tui vehementer desiderio flag
gro, ad te pervenire cupio, te videre deb
Id, solil. 35. siderio. Et solil. 35. ait: ô fons vitæ, ven
aquarum viventium, quando veniam a
aquas dulcedinis tuæ, de terrâ desertâ in
via inaquosâ, ut videam virtutem tuam
& gloriam tuam, & satiem ex aquis mi
sericordiæ tuæ sitim meam? Sitio Domi
ne, fons vitæ es, satia me, sitio Domin
sitio te Deum vivum: ô quando veniam
& apparebo Domine ante faciem tuam
Qui Christum hîc non desiderant,
sanè illa dies apparebit cum *desiderent*
num diem, filium Dei videre, & non videbu
Luc. 17, 22. Luc.17. Si plura cupis, lege supra c.2.v.
& c.6. v.2.

V. 11. *(Veni, dilecte mi, egrediamur in*
grum, pernoctemus in villis.

Le

Legimus Ezech. 3. quomodo DEUS Ecclesiam suam invitat, ut secum in campum spaciatum eat, cum ait: Surge, & egredere in campum, & ibi loquar tecum, ibique vidit gloriam Dei: Sic reinvitat Christum in campum Ecclesia, ibique Sponso amorem suum pollicetur, nam Sponsa amoris sagitta sauciata & vulnerata diutius non vult intraprivatos parietes delitescere, sed nomen Christi portare coram gentibus, & famam eius per totum orbem terrarum spargere, & manifestam & divulgatam mundo reddere, *eiq; spirituales filios gignere, eosq; ad agnitionem veritatis vocare, ut fiat unum ovile, & unus pastor. Nunc dilatat locum tentorij sui, & cortinas tabernaculorum suorum extendit, & prolongat funiculos suos, & clavos confirmat, & ad dextram, & ad sinistram prorumpit Esa. 54.* Et ne ejus pius labor & propositum, quod propter gloriam Dei, & salutem Ecclesiæ, esset susceptura, irritum & vanum redderetur, ideò Christum secũ invitat & dicit: Veni, egrediamur: q.d. ego scio, me nihil sine tua gratia efficere posse. *Egredere tu itaq; de thalamo æternitatis tuo, tanquam Sponsus & curre tanquam gigas viam tuam Ps. 19. Veni in agrum, id est, in hunc mundum Matt. 13, 38. & visita vineam tuam, ut tibi pariat uvas, & non labruscas*

Ezech. 3, 22.

Esa. 54, 2.

Psal. 19, 6. Matt. 13, 38

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Esa.5,2. Es. 5, 2. veni evangeliza mansuetis, liga fascia contritos corde, prædica captivis libertatom, & vinctis apertionem arceris, annuncia beneplacitum annum Domino, consolare omnes lugentes, da eis gloriam, pro cinere oleum gaudij pro luctu, amictum laudis pro spiritu stricto c.

c. 61,1,2,3. 61. Et egrediar de carne ad spiritum, deb
secularibus desiderijs ad bone animæ, deb
peccatorum tumultu & strepitu ad inter-
nam mentis requiem, de tugurijs impio-
orum, & ad nidum tuum, tanquam passer, ub
inveniam requiem tutissimam, nam melior es
dies una præ mille in atriis tuis, quàm habitar

Psal.84, 10. in tabernaculis impiorum Psal. 84. tamen com

Cantic.1, 13 memoraberis inter ubera mea Cantic. 1. Ego
pernoctabo tecum in villis tuis, ibi amo
ribus & amplexibus tuis castissimis sol
quiete fruar, & suavia melle & lacte dul
ciora tecum misceam, & inter brachia tu
requiescam. Inter hæc brachia enim Sal
vatoris mei & vivere volo, & mori cupio

Augustin. man.23. Augustin. manual. 23, tu, qui perpetuâ cha
ritate dilexisti me. & misericordiâ attraxist
ædifica me virginem tuam, orname tympani

Ierem.31, 1. ut egrediar in choro ludentium Ierem. 31, Si
& nos egrediamur in agrum, non ut Cain cu
Abele, nec ut Cain à facie DEI desperabun

Gen.4,8,16. Gen. 4. nec ut Iudas à Christo, nec à consor
tio hominum in solitudinem aliquam,

Emer

Eremitæ, nec à cœtu piorum ad clauſtra Monachorum, ut Arſenius, qui dicit: Se vocem audiviſſe (neſcio unde) fuge tumultus, & ſalvaberis. Sed cum Petro egrediamur, & peccata defleamus, & antequam donum relinquamus, & veterem hominem exuamus, *& obliviſcamur populi noſtri, & domûs patris noſtri, ut Rex concupiſcat decorem noſtrum Pſalm. 45.* ut Chriſtus nobiſcum egrediatur, & in corde noſtro commoretur, inprimis *cum viam univerſæ terræ ambulemus*, id eſt, vitam cum morte commutemus Joſ. 23.

Niceph. l. 12. c. 25.

Pſ. 45, 12.

Ioſ. 23, 14.

(Manè ſurgamus ad vineas, videamus, an floruerit vitis, apparuerit uva prima, germinaverint mala punica: ibi dabo amores meos tibi.)

V. 12.

Nunc dicit Sponſa, ſe velle unà cum Sponſo maturè ſurgere, *ut vineam, id eſt, Eccleſiam inviſet, eamq; elapidet, fodiat, plantet, riget, quo uvas primas det, id eſt, faciat fructus pœnitentiâ dignos Luc. 3. & videre, an vitis illa vera Chriſtus per bona opera floreat in cordibus piorum Ioh. 15.* Et an mala punica, id eſt, charitas, ut Johannes Cataguritanus interpretatur, germinet, ferveat, & urat

Eſa. 5, 2.

Luc. 3, 8.

Iohan. 15, 1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

urat in cordibus electorum erga Deum & proximũ. Cum ita Ecclesia floreat, tunc dicam dilecto meo: perfudi cubile meũ myrrha, aloẽ, & cinnamomo. *Veni itaq́, inebriemur amoribus usq́ mane, collætemur in amoribus* Prov. 7.

Prov. 7, 17. 18.

Sicut malum punicum est preciosissimum inter omnes fructus, suavissimumque gustu, quod comedentem reficit: Sic Charitas est maxima & præstantissima inter omnes virtutes, ut Paulus doctè disserit per totum caput 1. Cor. 13. quæ ut Bernhardus, epistola 190. Est verè dulcis & suavis cibus, quæ fessos allevat, debilis roborat, mœstos lætificat, & est omnium bonorum radix. Idem libro de modo benè vivendi c. 6. quam August. vocat plenissimam, verissimam, perfectissimamq́ justiciam. Et Chrysost. homil 16. super Marc. omnium bonorũ matrem, & certam discipulorum Christi notam. Et Basilius: thesaurum indeficientem, quem qui habet, dives est, quo quicunq; caret, pauper est.

1. Cor. 13. Bernhard, epist. 190. Id. l. de modo vivend. c. 6. Hom. 16. Chrys. sup. Marc. Basil.

Siquidem Deus prius dilexit nos tantus, tantum & gratis, tantillos & tales, ut Bernhard. ei itaq; rursus amorem nostrũ demus, & cum Sponsa amemus amorem illius, qui amore nostri descendit in uterũ virginis, & ibi amorem suum amori nostro

Bernhard.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ſtro copulavit, humiliando ſe, ſublimando nos, conjungendo lumen ſuæ æternitatis limo noſtræ mortalitatis. Auguſtin. *Auguſtin.*

Dicamus ergò cum eodem libr. de cordis cont. c. 2, Certe Domine, quia me feciſti, debeo tibi me ipſum totum, imò debeo amori tuo plus, quàm me, plus tibi debeo quàm meipſum totum, ſed nec plus habeo, nec hoc ipſum, quod habeo, per me totum reddere poſſum. *Id. lib. de cord. cont. c. 2.*

(Mandragoræ dederunt odorem, & in portis noſtris omnia delicata, nova etiam vetera, dilecti mi recondidi tibi.) *V. 13.*

Hic dubio procul Sponſa alludit ad Rachael, quæ adeò ſitienter mādragores Leæ expetebat cum ait: *Gen. 30. Da quaſo mihi de mandragoris filij tui.* Per mandragoras cum tribus Patribus Græcis ſacram intelligimus Scripturam, quam & nos cum Rachaele inexhauſto inſatiabili deſiderio flagitemus, quia eſt *deſiderabilis præ auro & obrizo Pſal. 119, 14. ut mulier Samaritana teſtatur, quæ ait: Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam Ioh. 4, 15.* quia hac aquâ potatus eſt, ex fluvio Paradiſi, cujus una gutta major & efficacior eſt Paradiſo, illius mundana ſitis extinguitur Auguſt. *Gen. 30, 13.* *Pſ. 119. 127.* *Ioh. 4, 15.* *Auguſtin.*

Sicut

Sicut Mandragoræ habent vim ſopiendi, & ſi alicui dantur ante ſectionem, dolorem ſectionis non ſentit, ut Plinius, & alij ſtatuunt: Sic Sacra Scriptura homines inducit in ſommum, non ſecuritatis & peccati, ſed divinæ contemplationis, nam cum quis Scripturam meditatur, legit, ſcrutatur & ruminat, ſtatim rapitur extra ſe, & in ecſtaſin quaſi prolabitur ex hoc divinæ contemplationis ſomno: quare Bernhardus devotè ait c. 70. de int. domo: nihil jucundius, nihil gratius gratiâ contemplationis, quantò amplius in cœleſtium contemplatione delectaris, & delectando admiraris, tantò libentius immoraris, tantò diligentius perſcrutaris, profundinsq; illuminaris. Semper in illis invenies, quod mireris, & unde delecteris. In his ergò ſemper ſit tua admiratio. *Et David Pſ. 1. Beatus vir, qui in lege Domini voluntas ejus eſt, & in ea meditatur die ac nocte, erit ſicut arbor plantata ſecus rivos aquarum.*

Bernhard. c. 70. de int. domo.

Pſal. 1, 2.

2. Qui epulas ſacræ Scripturæ comedunt, vel aquam illam ſpiritualem in illâ reconditam bibunt, ſecantem non curant, dicunt affatim cum Bernhardo ſerm. 61. in Cantic. Fremat corpus, inſidietur Diabo-

Bernhard. ſerm. 61. in Cantic.

Diabolus, non tamen cado. Et cum Auguſt. Heic ſeca, heic ure, ut parcas in æternum. Et cum *Paulo Act. 21. Ego non ſolum ligar, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum pro nomine* JESU CHRISTI. Hæ mandragoræ dederunt odorem alijs vitæ in vitam, alijs mortis in mortem. Et in oſtijs, id eſt, per Chriſtum: *Ipſe enim eſt oſtium, ſi quis per eum intraverit, ſalvabitur: & ingredietur, & paſtum inveniet Iohan. 10.* Inſuper dicit, ſe nova & vetera Sponſo ſuo reſervâſſe, id eſt, ut eſt *Matth. 13. Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt patrifamiliàs, qui ejicit de theſauro ſuo nova & vetera.* q. d. omnia dicta, tàm Veteris, quàm Novi Teſtamenti, *tùm ea quæ faciunt ad redargutionem, tùm ad doctrinam, tùm ad conſolationem, tùm ad correctionem, & eruditionem, 2. Tim. 3. Scripſi & recondidi non in poſtico domus meæ, ſed ſtilo ferreo, & cuſpide adamantis Ier. 17.* in interiore cordis mei tabula, ut membris tuis, tanquam tibi, cum opus ſit, ſubminiſtrem, *nam qui uni ex minimis tuis benefecerit, tibi benefecit. Matth. 25.*

Augustin.
Actor. 21, 13.
Ioh. 10, 9.
Matt. 13, 52.
2. Tim. 3, 16.
Ier. 17, 1.
Matt. 25, 40

Porrò & hoc notandum, quod מְגֻדִּים non ſolum delicatum denotat, verùm etiam

etiam dulcedinem, ſive rem precioſam, eximiam & præſtantem. Cum itaque in homine nihil ſit corde & animâ præſtantius & precioſius, igitur ea ſoli Deo reſervemus, ut Hugo ait; in omni creaturâ, quæ ſub Sole vanitatibus mundanis occupatur, nihil humano corde ſublimius, nihil nobilius, nihilq; DEO ſimilius reperitur: quapropter nihil aliud quærit à te, niſi cor tuum.

Hugo.

CAPUT IIX.

V. 1. *(Quis det te tanquam fratrem mihi, ſugentem ubera matris meæ? Inveniam te in plateâ, oſculer te, etiam non contemnant me.)*

Quidam Patres hunc flagrantiſsimum Sponſæ deſiderium de primo Sponſi in carnem adventu interpretati ſunt, ut Gregorius, quidam autem de ſecundo ad judicium, ut tres Græci Patres. Utrumque itaque ſenſum æquâ lance libremus: ac ſi Sponſa diceret: O *ſi mihi detur deſiderium collium æternorum* Gen. 39. *& cuncta ſalus mea, & omne deſiderium meum* 2. Sam. 23. *coram quo eſt omne deſiderium meum* Pſal. 38. ah te inquam fere per quater mille annos expectavi, ut frater meus carne mea obſeptus

Gen. 39, 26, 2. Sam. 23, 5 Pſal. 38, 10.

septus & obtectus fieres, in qua cuncta generis humani peccata in ara crucis esses expiaturus. Et ut duo Testamenta, tanquam ubera matris meæ sugeres, & impleres omnia, quæ de te vaticinata sunt in Mose, Prophetis & Psalmis, quorumque succū ad me sororculam tuam, & omnes parvulos transmitteres, ut tandem triumphum caneres: consummatum est. Tibi autem interea in platea hujus mundi obviam fiam, ubi castissima oscula miscearnus, & nemo gentium, sive impiorum me tanquam Æthiopissam Sponsam tuo generi & immensitati indignam subsannet, despiciat ac dicat: ubi *est Messias ac Dominus Deus tuus jamdudum tibi promissus, expectas adhuc adventum ejus*, quando eris Spōsalia, & nuptias cū eo celebratura, & sic probro & peripsemati exponar, ac inimicorum meorum convitijs proscindar. Ut hæc omnia evitem, te immarcessibilem thesaurum meum adeò sitienter desidero ac flagito. *Mich. 7, 9*

Tali immenso desiderio Christum in carnem venturum expetebat *Eva Gen. 4. cum ait: Possedi virū Domino: & Lamech c. 5, 29. Cum ita de filio suo Noah locutus est; ipse consolabitur nos ab opere nostro, & dolore manuum nostrarum, de terrâ, cui maledixit Iehova:* *Gen. 4, 1. c. 5, 29.*

Moses

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Exod. 4, 13. Moſes Exod. 4, 13. mitte, quem miſſurus es: A-
Ioh. 8, 56 braham Iohan. 8. Iacob. Gen. 49. ſalutem tu-
Gen. 49, 18. am expecto Eſa. 64. utinam diſrumperes cœ-
Eſa. 64, 1. los, & deſcenderes! Et c. 45. rorate cœli &c.
c. 45, 8. David. Pſalm. 119. deſideravi ſalutem tuam
Pſ. 119, 174. Domine. Et 14. & 53. & Haggæus c. 2. veniat
14, 7, deſiderium omnium gentium: Simeon Luc. 2.
53, 7. Hanna cum multis alijs Luc. 2. multi Reges &
Hag. 2, 8. Prophetæ Luc. 10.
Luc 2, 29.

Luc. 2, 38. 2. Etiam interpretari poteſt hoc æſtu-
Luc. 10, 24. ans Sponſæ deſiderium de ſecundo ad ju-
dicium adventu: q. d. utinam tu ô Spon-
ſe, eſſes frater meus in illâ die, cum omnia
hominum dicta & facta manifeſtabun-
tur, cum à dextris erunt peccata accuſan-
tia, & ſiniſtris infinita dæmonia, ſub
horrendum chaos inferni, deſuper judex
juſtus, foris mundus ardens, intus con-
ſcientia urens, ante mala perpetrata, quæ
peccatorem & factorem apprehendent.
& dicent: tu feciſti nos, à te disjungi no-
lumus, veniamus ad judicium, à tergo
ira Dei, conſumens ignis, quæ uret advoragi-
Deut. 4, 24. *nem inferiorem. Deut, 4. & c. 32.* ô ſi te in
c. 32, 22; die illâ iræ & indignationis foris, & in pu-
blico illo judicij univerſalis loco offen-
derem, cum hæc omnia mala minantur,
tùm ſub umbrâ alarum tuarum abſcon-
deres

deres me, & mihi murus igneus esses, *ut tribus viris in ardenti fornace Babylonicâ* Dan. 3, 25. ah te osculo amoris salutarem, & in amplexus tuos ruerem, nemo Diabolorum me sperneret, & diceret: ecce homo, & opera ejus. *Dan. 3, 25.*

Tale est desiderium Apoc. 21. *Veni, & v.* 20. *veni, Domine IESU, & noli tardare.* Hoc etiam ardenti desiderio flagrabat August. de cordis cont. c. 3. Deus meus, te sitio, te esurio, te desidero, ad te suspiro, te concupisco benignissimum, suavissimum, serenissimum, te volo, te quæro, & in te spero, quando venies, consolator meus, quem ego exspecto. O si ego videro gaudium, quod desidero, ô si ego satiabor, cum adparuerit gloria tua, quam esurio. Da mihi interim Domine, in hoc exilio pœnitentiæ dolorem, & lacrymarum fontem, quem esurio super omnem copiam deliciarum, pasce me singultibus meis, refocilla me doloribus meis, donec adveniam: ecce Sponsus tuus. Hoc proprie Domine TE indicat Sponsa suum desiderium non mundanum, sed cœleste. Sitiebat enim Creatorem, & non creaturam, quia creatura est summa egestas, in creatore autem omnis copia: creaturæ omnes ejus sitim ferventissimam restinguere non *Apoc. 21, 17.* *August. de cord. cont. c. 3.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

poterant. Igitur fontem & creatorem
Bernhard. ipsum hiabat: nam ut Bernhardus ait de
verbis Sap. Animæ nihil creatum suffice-
re potest, etiamsi cum terrâ cœlum pos-
sideret. Nec satiari potest ejus cupidi-
tas. donec cum habeat, cujus est imago:
qui solus potest implere Angulum cupi-
ditatis ejus. Et *David Psalm. 73. quis mihi*
Ps.73,25.28. *in cœlo tecum, nolui esse in terrâ. Deficit caro*
mea, & cor meum, rupes cordis mei, & pars
mea Deus in seculum. Deo adhærere mihi bo-
num.

Porrò Christum vocat fratrem su-
Matt.12,49 um. 1. Quia in eum credit, nam ut ipse
ait; *qui credit in me, hic est frater meus, soror*
& mater. 2. Quia carne ejus est indutus
propter quam non confunditur, eum fratrem
Hebr.1,11. *suum vocare Hebr. 1. quia & ipse Psalm. 22, ait:*
Psal. 22, 23. *narrabo nomen tuum fratribus meis*
non potest Angelorum dici frater, quam-
vis sit magni consilij Angelus, & *Angelus*
Malach.3,1. *fœderis Malach. 3. non enim Angelos assumsit*
Hebr.2,16. *sed semen Abrahæ Hebr. 2.* quare homo quo-
dammodo sublimior Angelis factus est
& Angeli Dei optarent se homines fieri
ut gloriari possent, se esse fratres Christi
Aug.l.2.c.2. quare Augustinus eruditè ait l. 2. c. 2.
de vis. inf. visitatione infir. Tutius & jucundius lo-
quor ad meum JESUM, quàm ad al-
quem

quem Sanctorum Spirituum DEI, plus debet mihi Christus, quàm alicui cœlestium Spirituum, quod tu es fieri dignatus est DEUS, non factus est, quod est, Angelus: etsi sit magni consilij Angelus, te exaltavit super Angelos, tu enim judicabis Angelos. Nollem habere locum Angeli, si possem habere locum debitum homini: tunica tua, quam decentissimè sibi adaptavit, illà indutus assiduus interpellator pro nobis. Hæc fili mi fides tua habeat, perscrutetur, & teneat cor tuum, nihil dulcius sapiat, os tuum audacter confiteatur & concinnat. Lege Augustin. medit. 15. *Aug. medit. 15.*

Hunc suum fratrem vult foris, sive in platea invenire, ubi peccato sit soluta, nam ut ait Gilebertus Abbas sermone 39. in Cantic. Peccatum cum occupat, stringit & ligat, & captivat, dum cogit; vult taq; peccati sarcina & pondere liberari, & è carcere corporis dissolvi, & mundo abdicere, ut Christo foris fruetur, nam dic à corpore coarctatur, à mundo tribulatur, à Diabolo vexatur, ex hoc itaque lustro animæ & carcere corporis cupit erui, ut tandem in plateam supercœlestis Jerusalem, ubi suavia de suavi ore consi libabit, *& amore ejus inebrietur, & meo in amore collætetur Proverb. 7.* *Gill. Abb. s. 39. in cant.* *Prov. 7. 18.*

Sponsa cum secum perpendebat: 1. quod in originali & actuali peccato fuerit. 2. quod in vanitate seculi sit, 3. quod in tremendo judicio Dei aliquando appareat. 4. quod in vitâ æterna nondum sit altissimis & profundissimis supirijs oscu lum petit, quæ petitio non est strepitus oris, sed jubilus cordis, non sonus labio-rum, sed motus gaudiorum: voluntatum non vocum consonantia: non auditur foris, nec in publicum personat, sola quæ cantat, audit, & cui cantat, ut Bernhar-

Bernhard. s. 1. in cant.

dus ait serm. 1. in Cant. Osculum est certissimum amoris indicium, quare An-

Aug. man. 23.

gust. man. 23. toties DEUM osculamur, quoties in amore ejus compungimur, ô felix osculum, per quod non solùm agnoscitur Deus, sed & diligitur Pater, quia nequaquam cognoscitur, nisi cum perfectè diligatur. Bernhard. serm. 8. in Cant.

Bernhard. serm. 8. in cantic.

Hoc osculum est ineffabile, atque omnimo Creaturæ inexpertum. Ibid. Non enim est cuivis homini ex affectu dicere: sed quis spirituale osculum ex ore Christi vere semel accepit: Hunc proprium experimentum profectò sollicitat, expetit li bens: Ego arbitror, vel neminem scire posse, quid sit, nisi qui accipit. Est quippe manna absconditum, solus qui edit, ac

hu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

huc esuriet, & fons signatus, cui non communicat alienus: sed solus qui bibit, adhuc sitiet. Id. serm 3. in Cant. Lege insuper, si placet, totum sermonem 3. quomodo Christum debes osculari, cætera, quæ dicta sunt supra cap. 1. v. 2. de osculo hîc repetere haut opus. *Id. serm. 3 in Cantic..*

Apprehendam te, introducam te in domum matris meæ, docebis me: bibendum tibi dabo de vino condito, de vino dulci, malo granati mei. V. 2.

Sicut ad DEUM non itur pedibus' sed affectibus; sic etiam apprehenditur non manibus, sed fide: eâ enim DEUM apprehendimus & tenemus, nam ut Lutherus ait, fides est res omnipotens, cujus virtus inæstimabilis & infinita: Sic & introducitur, nō quasi de uno loco in alium nusquam n. est exclusus, & nusquam inclusus, qui ubique est præsens, & omnes n universum creaturas in se continet; quare Augustinus ait in Psalm. 120. Deus otus oculus est, quia omnia videt: totus nanus est, quia omnia operatur: totus es est, quia ubique præsens. Et libro 2. de Civitate DEI cap. 29. totus in cœlo est, *August. in Psal. 120.* *Id. l. 2. de civit. Dei cap. 29.*

est, totus in terrà, non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla corporalis natura potest. Et Athanasius: Solius DEI est in duobus locis, & per totum mundum in eodem momento inveniri.

Athanas.

Gregor. hom. 17. in Ezech.

Et Gregorius homil. 17. in Ezech. Deus manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia. Superior est per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: Sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans. *Et DEUS ipse Es. 66. Cœlum solium, & terra scabellum pedum meorum.*

Esa. 66. 1.

Ierem. 23, v. 23, 24.

Et Ieremiæ 23. Nunquid DEUS de propinquo ego, & non Deus de longinquo, num occultabit se quispiam in occultis, & non videbo eum, nonne cœlum & terram ego impleo? Et Solomon 1. Reg. 8. ecce cœlum, & cœli cœlorum te non capiunt, quantò minus domus hæc, quàm ædificavi? Item Amos 9. & Zach. 9. & Psal. 72. & 139.

2. Reg. 8, 27.
Amos 9, 3.
Zach. 9, 10.
Psal. 72, 8.

Ps. 139. v. 7, 8, 9, 10.

Dicitur tamen per anthropopathian introduci in mentem, sive cor humanum, cum gratiam suam pijs largitur, & per Spiritum Sanctum in ijs operatur, cordaque eorum saxea emollit sicut egredi cum gratiam impijs subtrahit, &

Spiri-

Spiritum Sanctum aufert, deseritq; eos corda eorum non emolliendo. Oremus itaq; cum Augustino man. 30. eja tu Domine Deus meus, doce cor meum, ubi & quomodo te quærat, ubi & quomodo te inveniat, Domine si hîc non es, ubi te quæram absentem? si autem ubique es, cur te non video præsentem? sed certè habitas lucem inaccessibilem. Sed quomodo accedam ad lucē inaccessibilem? aut quis me deducit, & inducet in illam, ut videam te in illâ? &c. *Aug. man. 30.*

Per domum matris tres Patres Græci intelligunt mentem, quæ est domus gratiæ Spiritûs Sancti, à quâ ut à matre per baptisma genita est Sponsa, in hanc Christus introducitur per orationem devotam, pœnitentiam sinceram & fidem veram, *ante hanc stat pulsans, si quis ei aperuerit, intrabit ad eum, & cum eo cœnabit Apoc. 3. in hac mansionem facit Sacrosancta Trinitas Iohan. 14. hanc elegit Dominus, & dilexit inhabitaculum sibi, hæc requies ejus in perpetuum, ibi habitabit, quoniam delexit eam Psalm. 132. hæc templum & habitaculum Spiritûs Sancti 1. Corinth. 6. in hac per amorem DEUS Sabbathum & requiem celebrat, in hac omnis voluntas ejus* *Apoc. 3, 20. Ioh. 14. 23. Psal. 132, 13. 1. Cor. 6, 19.*

Psal.16,3. Psalm.16. In hac suum tabernaculum & ten-
Psal.78,60. torium collocavit Psal. 78. quia est desiderium
oculorum & indulgentia animæ ejus. E-
Ezech.24,21 zech.24.

In hac sicut Sponsus in thalamo om
Augusſt. sup. habitat, ut Augustinus ait super illud bul
Matth.c. 6. Matthæi c. 6. Pater noster &c. Deus est
in seipso ut α & ω: in mundo sicut rector
& auctor: in Angelis sicut sapor & decor,
in Ecclesia sicut paterfamilias in domo:: om
in animo sicut Sponsus in thalamo: in ju-
stis sicut adjutor & protector: in repro-
bis sicut pavor & horror.

Porrò in mente Sponsæ non erit o-
tiosus, sed docebit ei omnia, quæ ad salu-
tem ejus sunt necessaria. Moxque ut in-
tus venit, expergefecit dormitantem, ,
animam movit, mollivit, & vulneravit
cor, quia durum, lapideum erat, & malè
sanum. Cœpit quoque evellere & de-
struere, ædificare & plantare, rigare ari-
da, tenebrosa illuminare, clausa reserare,
Bernh. ser. frigida inflammare. Bernhardus serm.
74. in Cant. 74. Cantic. & igneo stillicidio purgavit,
innovavit, illuminavit, inflammavit, ex-
hilaravit, & confirmavit, ut veritatem
saperet, & apprehenderet. Idem de passi-
Id. de pass. one Domini.
Domin.

Asten

Ascendamus itaque ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ambulabimus in semitis ejus Mich.4.ut docti simus à Deo Es. 54. Iohan. 6.

Mich.4,2, Esa. 45,13. Ioh. 6, 45.

Per vinum & succum malogranati Theodoretus doctrinam, Calaguritanus amorem intelligunt. Sed potius videtur Sponsam hîc lacrymas suas intelligere, quas Bernhardus vocat vinum Angelorum: quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, gustus iudulgentiæ. Cum mentem Sponsæ ingressus est Christus, mox lacrymæ secutæ sunt, quæ Deum pascunt, Angelos lætificant, lacrymantem sanant, *quas Deus numerat, & ponit in utre suo, & in libro suo scribit Psa.56.Has Christo propinemus cum Petro, Magdalenâ Luc.7.Ier.c.9.& alijs, ut ipse nos rursus aliquãdo inebriabit de pinguedine domûs suæ, & de torrente delitiarum portabit Ps.36.* Sed si mavis per domũ matris intelligere domũ supernam, *Hierusalem illã liberam, quæ sursum est, quæ est mater omnium nostrum Galat. 4. ubi non dicet vir proximo suo: cognosce Dominum Ierem. 31. sed erunt omnes docti, à minimo usque ad maximum, à Deo,* ubi Deus ipse absque ullo creaturæ ministerio præceptoris munus & functionem obibit, & ubi DEO charitatis vinum dabis & amoris succum.

Psal.56,9. Luc.7,44. Ierm.c.9. v.1.18. Psal. 36, 9. Gal. 4, 26. Ier.31,34.

V. 3. *(Sinistra ejus sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me.)*

Quamvis hæc verba supra cap. 2. v. 6. explicata habes; tamen hîc aliqua addemus, & paulò aliter progrediamur; per lævam Christi humanitatem, per dextram ejus divinitatem interpretatur Bernhardus serm. 4. in festo omnium Sanctorum: Inter hos duos custodes Sponsa somno sepulta jacet, qui planè diversi sunt ab ijs, inter *quos dormiebat Petrus Actor. 12. Sic inter brachia Christi dormiebat Iacob, cum ait Gen. 28. Locus iste non est aliud, quàm domus* DEI, *& porta cœli. Et cap. 32. Vidi* DEUM *facie ad faciem, & liberata est anima mea.. Et Esaias cum ait cap. 6. Regem Dominum exercituum viderunt oculi mei. Et Paulus cum in tertium usque cœlum raptus fuit 2. Cor. 12. Et Petrus cum ait, in monte Thabor: bonum est hic esse Matth. 17.*

Bernh. ser. serm. 4. in fest. omn. Sanct.
Actor, 12, 6.
Gen. 28, 17, c. 32, 24.
Esa. c. 6, 5.
2. Cor. 12, 2.
Matt. 17, 4.

Infans nunquam majorem sibi pollicetur requiem, quàm cum in sinu parentis sedet: & Sponsa nunquam majorem lætitiam, quàm cum inter brachia Sponsi sui charissimi dormit: Sic Ecclesia in sinu DEI quiescens, & inter brachia ejus dormiens læta canit cum Augu-

A Augustino man. 23 dicens: in tribus to- *Aug. man.*
ta spes mea consistit: in charitate ado- *23.*
ptionis, in veritate promissionis, & in
potestate redemptionis. Murmuret jam,
quantum voluerit insipiens cogitatio
mea dicens: quis es tu, & quanta est glo-
ria illa, quibusve meritis illam obtinere
speras? Et ego fiducialiter respondeo:
Scio, cui credidi, quia in charitate nimiâ
adoptavit me in filium, quia verax est in
promissione, potens in exhibitione, &
licet ei facere, quod vult. Longius
aparuit mihi latus Christi, & ego intravi,
& ibi requiesco securus. Extendit bra-
chia sua, & manus expandit paratus in
amplexum peccatorum. Inter brachia
Salvatoris mei & vivere volo, & mori
cupio. Ibi securus decantabo: Exul-
tabo te Domine, quia suscepisti me, nec
delectasti inimicos meos super me. Et
tum Davide Psalmo 18. Diligam te, Domine, *Psal. 18, 3.*
fortitudo mea, Dominus petra mea, & arx
mea, & erutor meus, & Deus meus, scutum
meũ, & cornu salutis meæ. Et cum Paulo Rom. *Rom. 8, 35.*
8, quis nos separabit à charitate Christi? & cum *Gal. 2. v. 20.*
eodem Gal. 2. Christus me dilexit, & pro me et-
iã mortuus est. Res admiratione digna est, quod
Esther Esth. 2. ancilla dormivit inter potentissi- *Esth. 2, 17.*
mi Re-

mi Regis Ahasveri brachia, & Abisag inter Da-
1.Reg.1,2. *vidis. 1. Reg. 1. Sed paululum siste gradum, resi-*
hæc est super mentem, super rationem, & su-
per revelationem creatæ naturæ, imò omni-
um novorum maximè novum, quod mi-
ser peccator, qui propter peccatum æter-
nis tormentis esset subijciendus; tamen
propter Christi amorem in ejus sinu se-
det, & inter brachia ejus dormit. Huc
August. l. de illud August l. de substant. amoris: Amor
subst. amo- DEI in causâ est, ut ipsi infatigabili desi-
ris. derio inhæreamus. Dilectio DEI ipsi
nos copulat ac conjungit. Profectò plus
nos DEUS, quàm liberi solent à parenti-
bus amat, & quantum discrimen est in-
ter malitiam & bonitatem, tantum dile-
ctio DEI nostrorum parentum dilectio-
nem antecellit. Et sicut Esther non potuit
Ahasvero amorem illum recompensare:
Sic nec nos Christo, *ut Moses ait Deuter.*
Deut.32,6. *32. nunquid Domino retribuetis illud? Dica-*
Gen.32,10. *mus itaque cum Iacobo Gen. 32. Inferior sum*
cunctis miserationibus tuis, & omni veritate,
quam fecisti cum servo tuo. Et cum Davide
2.Sam.7,18. *2. Sam. 7. quis sum ego, Domine Iehova, & qua*
est domus mea, quod adduxisti me huc usque?
Psal.8,5. *Et Psalm 8. quid est homo, quod recorderis e-*
jus, & filius hominis, quod visites eum? Et
Psal.116,11. *Psalm. 116. quid reddam Domino pro omnibus,*
quæ

tribuit mihi? calicem salutarem accipiam, & nomen Domini invocabo. Et Mich. 6. in quo Mich. 6, 6.
præoccupabo Dominum, curvabo me Deo celsitudinis &c. Et cum Paulo Rom. 11. quis prior Rom. 11, 35.
dedit ei, ut reddetur ei ex ipso, per ipsum, in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula.

Si quis vult cum Bernhardo sermon. 4. de adventu Domini interpretari per brachia duplicem Christi adventum, inter quem jugi meditatione dormit Sponsa, tunc ipse potest hæc exaggerare.

(*Adjuro Vos, filiæ Jerusalem, quod excitetis, & quod expergefaciatis amorem, donec voluerit.*) V. 4.

Hæc supra cap. 2. versu 7. explicata habes.

(*Quænam ista ascendens ex ipso deserto associans se dilecto suo? Sub malo expergefeci te, ibi concepit te mater tua, ibi enixa est, quæ peperit te.*) V. 5.

Hæc sodalium Sponsæ admiratio supra explicata. Vide cap. 3. versu 6, Ne itaque Sponsa propter encomia de se prædicata animo

animo efferatur, CHRISTUS incre-
mentum & initium ancoris ei commo-
nefacit, cum ait: Sub arbore malo te ex-
citavi, ubi mater tua te peperit. Pari mo-
do Deus Ecclesiam alloquitur *Ezechielis*
Ezech. 16, 4, 5, 6, 7. *16. cum ait: Pater tuus Emorrhæus, & mater*
tua Chitthæa, in die nativitatis tuæ nō est præ-
cisus umbilicus tuus, & aquâ non eras lota, &
projecta fuisti in agro in abjectione animæ tuæ,
& transivi & vidi te conculcatam in sanguine
tuo, nudam & discoopertam, & ecce tempus
amorum, & expandi alam meam super te, &
operui nuditatem tuam, & juravi tibi, & in-
gressus sum in pactum tecum.

Cum arboris mentionem faciat Christus, quidam putant, eum alludere ad illud Cantic. 2. v. 3. ubi ipse vocatur malus, arbor, sub cujus umbrâ Sponsa sedere desideravit: Quidam autem
Gen. 3, 6. *ad arborem illam vetitam, quæ erat visu con-*
cupiscibilis Gen. 3. quam plerique Theologi malum arborem fuisse statuunt, quibus tamen contrariatur Theodoretus
Theod. qu. 28. in Gen. quæstion. 28, in Genesin, qui ficum fuisse contendit. Sive hanc, sive illam intelligit, perinde est, cum ejus mens sit ei ante oculos pristinam conversationem proponere, quomodo in tenebris ignorantiæ

rantiæ consopita jacuit, & peccato sepulta, in quo mater ejus eam concepit cum voluptate, & peperit cum dolore, ex illo in quam peccati fœno tui misertus excitavi te, cum vox mea audita est in interiore tuo dicens: *Surge tu, qui dormis, & exurge à mortuis, ut illuminet te* CHRISTUS *ad Ephes. 5.* *Psal. 15, 7.*

Eph. 5, 14.

Diligamus itaque eum, quia ipse prior dilexit nos 1. Ioh. 4. & dicamus cum Augustino l. de dilig. Deo c. 6. Cogita, ô anima mea, quod aliquando non fueris, & ut esse incæperis, hoc Dei dono acceperis. Donum ergò ejus, erat ut fieres: Sed numquid aliquid ei dederas, priusquam fieres, quod tibi redderetur, ut fieres? nihil prorsus, nihil tu dederas, nihil dedisse poteras, ut fieres. Et post pauca: Magno debito obligata es, ô anima mea, multum accepisti, & nihil à te habuisti, & pro omnibus his nihil habes, quod retribuas, tantùm ut diligas. Numquam tàm benè dilectionem ejus agnocerem, nisi in tantis periculis eam expertus fuissem. Et cap. 9. ait. Idem: ô anima mea, quid faciemus Domino DEO, à quo tot bona accepimus? Quocunque vertebam me, ubiq; gratia tua

1. Ioh. 4, 19. *Augusti. l. de dil. Deo c. 9.*

Id. c. 9.

tua & misericordia tua præcesſit, & sæpè
mihi cum consumtus videbar, subitò li-
berasti me, cum errabam reduxisti me:
cum ignorabam, docuisti me: cum pec-
cavi, corripuisti me: cum tristabar, con-
solatus es: cum cecidi, erexisti me: cum
steti, tenuisti me; tu dedisti purius dilige-
re te, syncerius credere in te, ardentius
sequi te. O Domine DEUS meus, dulce-
do vitæ meæ; vis ut diligam te, quomo-
do diligam te, quantum diligam te, quis
sum ut te diligam?

V. 6. (*Pone me, ut sigillum super cor tuum,*
ut signaculum super brachium tu-
um, quia fortis ut mors, amor du-
rus, ut infernus zelus: pruinæ ejus,
prunæ ignis flammæ Domini.)

Hunc versum sicut & præceden-
tem Theodoretus, & tres Patres Sponso
tribuunt, sed Hebraica affixa contrarium
probant, nisi positum sit punctum Cha-
metz (ֻ) pro (ֵ:)

Quod sæpè accidit in sacris literis, &
si ita est, tunc firma manet auctoritas Pa-
trum, quos etiam sequemur. Sponsus ita-
que dicit Sponsæ: Pone me &c q. d. *tu es sigillum desponsationis plenum Sapientiâ,*
& perfectum decore Ezechiel. 28.

Ezech. 28, 12

Scribæ

Scribe me igitur ſtylo ferreo, & cuſpide adamantinâ, & ſculpe me in abditiſsimâ intimâq; cordis tui tabulâ Ierem. 17. & non atramento, ſed ſpiritu Dei viventis, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus 2. Cor. 3. & aureis litteris non in parietibus, ſed in omnibus tuis dictis & factis ſcribe nomen meum, & patris mei in fronte tuo Apoc. 14. Et colloca me, ut annulum ſuper manum dextram tuam, nec inde evellas me Ierem. 22. Et ſicut ego te in volâ meâ exaravi Eſa. 49. & dedi armillas in manibus tuis Ezech. 16. Sic & me cordi tuo, tanquam ſigillum per fidem, & bonas cogitationes imprime, & in manibus tuis, tanquam annulum per bona opera ſculpe, & repone, *& legem meam digitis tuis alliga, & ſcribe eam in tabulâ cordis tui Proverb. 7.*

Ier. 17, 1.

2. Cor. 3. 3.

Apo. 41. 1.

Iere. 22, 24.

Eſ. 49, 16.

Ezech. 16. 11.

Prov. 7. 3.

Sicut Jacob poſuit Rachaelem, ſuper cor ſuum, eamq; præ omnibus dilexit Gen. 29. Sic Sponſum noſtrum Chriſtum ſuper cor noſtrum ponamus, eumq; præ omnibus, quæ mundus habet, diligamus, ut Johannes epiſtola 1. c. 2. adhortatur: *ne diligatis mundum, aut ea, quæ ſunt in mundo: Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, quia omne in mundo, eſt concupiſcentia carnis & oculorum, & ſuperbia*

Gen. 29. 20.

1. Ioh. 2. 15.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

bia vitæ, non ex Patre, sed ex mundo: mundus transit cum suâ concupiscentiâ verùm faciens voluntatem Domini manet in æternum. Hæc perelegantèr Augustinus explicat tract. 2 in epl. Johann. cum ait. quid vis, utrum amare temporalia, & transire cum tempore, an mundum non amare, & in æternum vivere? Propterte factus es temporalis, ut tu fias æternus. Intrav. in carcerem ad captivum Redemtor, non oppressor.

Aug. tract. 2. in epist. Iohannis.

Et post pauca: Væ tibi, si amaveris condita, & deserueris conditorem. Pulchra tibi sunt, sed quantò pulchrior qui ista formavit? Quemadmodum Fratres, si sponsus fecerit Sponsæ suæ annulum & illa acceptum annulum plus diligeret, quam sponsum, qui illi fecerit annulum, nonne in ipso dono Sponsi adultera anima deprehenderetur, quare vis hoc amaret, quod dedit sponsis? Amas aurum pro viro, annulum pro sponso?

Ad hoc utiq; arrham dat Sponsus, in arrhâ suâ ipse ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illum, qui fecit ista. Plus est, quod tibi vult dare, id est seipsum, qui ista fecit. Si amaveris has quamvis illa Deus fecerit, & neglexeris

Creator

Creatorem, & amaveris mundum, amittis Creatorem, qui fecit mundum. Et l. de dilig Deo cap. 5. ait Idem: Cave, anima mea, ne (quod absit) meretrix dicaris, si munera dantis, plus quàm amantis, affectum diligis. Majorem injuriam charitati ejus facis, si dona illius accipis, & tamen vicissitudinem dilectionis non impendis, dilige illum propter se, dilige illum, ut fruaris illo Et cap. 4. ait: Primum opus est, ut seipsum quisq; consideret, & cum cognoverit dignitatem suam, ne injuriam faciat creatori suo, abjectiora se non amet; nam ea, quæ per se considerata pulchra sunt, pulchrioribus tamen comparata vilescunt. Considera saltim archam, quam tibi dedit. Et Ambrosius in caput 12. non debet quis plus amare beneficiū, quàm benefactorē. Jam ratione reddit, cur cum ponat super cor suū, quia ut mors dilectio, dura ut infernus Zelotypia; sicut mors separat animam & corpus: ita Dei dilectio separat hominem a mundano & carnali amore, vel ut Ambrosius ait: sicut mors est finis peccatorū, ita & charitas, quoniā, qui diligit Deū, peccare desinit. Verè amor mortī confertur, nam ut cernere est in amantibus, qui propter absentiam alterius

Id. l. de dil. Deo c. 5.

idem ibidem cap. 4.

Ambros. in cap. 12. luc

Ambros.

alta ducunt ſuſpiria, & noctes inſomnes, lachrymis fuſis rigant lectum, panem comedunt doloris, vinum bibunt compunctionis, oculos gravant fletu, memoriam hebetant aſſiduâ amoris recordatione, cor æſtuat, & deſiderio igneſcit, membra omnia macerantur, imò ſui ipſius & aliorum omnium obliviſcuntur, & quaſi extra ſe rapiuntur aliquando etiam mortem ipſam obeunt, quia amantis familiaritate & præſentiâ uti non poſſunt, ut

Lactant. l. 3. inſt. c. 12. Lactant. l. 3. inſtit. c. 12. ſcribit de Codro, Rege Athenienſium, quem amor Eurydicis ad infernales pertraxit, ſi fabulis credimus.

Si itaq; hominem ita vexat, & cruciat amor naturalis, ſeu conjugalis, quantò magis configat, & penetret cor hominis, & excoquat deſiderium æſtu amor ſupernaturalis & divinus.

Qui ergò veram dilectionem vult præguſtare, CHRISTUM diſcat ſuaviter amare, quia Chriſtus amor eſt, ut Baſilius

Baſilius. ait: amor naturalis in principio dulcis, ſed aliquando finem amarum habet: Amor verò Dei ab amaritudine incipit, ſed ultima ejus dulcedine plena ſunt.

Cum itaq; DEUS ipſe ſit Charitas 1. Ioha. 4.

1. Ioh. 4. 8. Chryſ. in fr. Dicamus ergò cum Chryſoſtomo in frag.

ſuper-

super 1. Cor. 13. quid charitate sublimius esse poterit? cum ipsa Charitas Deus sit, cui comparabile nihil est, inchoatur in mundo, perficitur in cœlo, quæritur in seculo, invenitur in regno. Hæc fidem adjuvat, spem sibi sociat, & utramq; secum Deo muneranti assignat. Et Ambrosius sup. 1. Cor. 13. quoniam charitas Deus est sciat qui charitatem non habet, se Deum non habere, sine charitate nihil prodest, quia fundamentum religionis charitas est: quicquid ergò sine charitate fit, caducum est. Ibidem. De hujus fortitudine divinè planè ait Augustin. in med. c. 35. Ammo te Deus meus amore magno, magisq; te amare cupio. Da mihi, ut amem te, quantum volo, quantum debeo, ut tu sollus sis tota intentio mea, & omnis meditatio mea. Te mediter per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in nocte, te alloquatur Spiritus meus, tecum ambuletur mens mea. Et post pauca: Et quia tui valida est ut mors, dilectio, absorbeat quæso mentem meam ab omnibus, quæ sub cœlo sunt, ignita & mellifua vis amoris tui, ut tibi soli inhæream, solâq; tuæ suavitatis memoriâ pascar. Descendat, Domine, descendat precor, descendat in cor meum odor tui suavissi-

sup. 1. Cor. 13

Ambr. sup. 1. Cor. 13.

Ibidem. August. in med. c. 35.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

mus, ingrediatur amor tui mellifluus. Nos servi tui diligamus te Deum nostrum, per quem facti & redemti sumus. Si enim homo hominem tantâ diligit dilectione, ut alter alterum vix patiatur abesse. Si Sponsa Sponso tanto conglutinatur mentis ardore, ut præ magnitudine amoris nullâ valeat perfrui requie, chari sui absentiam non sine magno mœrore ferens, quâ ergò dilectione, quo fervore, quo studio anima, quam tibi desponsâsti fide & miserationibus, debet diligere te verum Deum, & pulcherrimum Sponsum, qui nos sic amâsti & salvâsti, qui pro nobis tot, tanta & talia fecisti? Causam si quæris (ait Bernhardus l. de dil. Deo) cur diligens est Deus? Respondeo: Deus est, modum diligendi Deum sine modo esse, cum dilectio, quæ tendit in Deum, tendit in infinitum, in immensum. Nam Deus infinitus est & immensus, quisnam quæso finis, vel modus debeat esse nostri amoris? Amat ergò immensitas, æternitas, supereminens scientiæ charitas, amat Deus, cujus magnitudinis non est numerus, cujus sapientię non est finis, cujus pax exuberat omnem intellectum, & vicem rependimus cum mensurâ.

Bernh. l. de dil. Deo.

Aqua-

(*Aquæ multæ non possunt extinguere dilectionem, & flumina non inundabunt eam: Si daret quis omnem substantiam domus suæ pro dilectione contemnendo contemnent eam.*) V. 7.

Per has aquas populos, turbas & gentes intelligit Johannes Apoc. 17. & per flumina tribulationes, tentationes, molestias, tres Patres interpretantur. Hic locus est consimilis illi 1. Corinth. 13 ubi Paulus ait: Si linguis hominum & Angelorum loquor, & charitatem non habeam, factus sum sicut æs sonans, & cymbalum tinniens &c. Quare Augustinus ait tractat. de laud. char. Quapropter fratres, Charitatem sectamini, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua dives pauper est, & cum quâ pauper dives est. Hęc in adversitatibus tolerat, in prosperitaribus temperat, in durispassionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, inter vero fratres lætissima, inter falsos patientissima. Et Chrys. hom. 33. super 1. Corinth. in fine ita ait: quoniam magistra omnium virtutum charitas, summo cum studio hanc no-

Apoc. 17, 15.

1. Cor. 13. 1. 2. &c.

Aug. tract. de laud. char.

Chrys. hom. 33. sup. 1. Cor. 13. in fin.

nostris mentibus inseramus, quò multa nobis bona ferat, & fructum ejus lætum, florentem, nunquam marcescentem possideamus. Sic enim bona æterna adipiscemur gratiâ & benignitate Domini nostri Jesu Christi.

Hanc totus Oceanus extinguere non potest, *quia omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet* 1.Cor.13,7. Hujus tristicia & fletus quolibet risu, quolibet solatio amœniores. Neq; quemquam sic risus delectat, ut pro charis lacrymæ effusæ Chrys.hom.32.super r.Cor.13. De hujus efficaciâ devotè scribit Augustin.tractat.de 4. virtut. char. cum ait: O charitas, quàm magnas vires habes! de cœlo Deum deposuisti. O chara sanitas, & vera & sancta charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cœlis? quæ tantum potes in hac pugnâ mortalitatis adhuc sollicita, quantum poteris in illâ perfectâ pace secura? Et Cassiodorus: nescio si quid majus in laudem tuam dicere possum. O charitas, quam ut de cœlo Deum traheres, & hominem ad cœlum de terrâ elevares. Magna virtus tua, ut per te usq; ad inferos humiliaretur Deus, & usq; ad summos cœlos elevare-

1.Cor.13, 7.

Chrys. homi. 32. super 1. Cor.13.

August.tra. de 4. virt. charitat.

Cassiod.

varetur homo. Et Bernhard. tract. de dilig. Deo ait: ô jugum ſancti amoris, quàm dulciter capis, gloriosè langueas, ſuaviter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis. *Bernh. trac. de dil. Deo.*

Quod aquæ tribulationum & perſecutionum non poſſunt flammam Charitatis extinguere, teſtantur omnes martyres occiſi ab Abele usq; in hunc præſentem diem, qui potius omnis generis tormenta pati elegerunt, quàm ut ſcintillam charitatis Chriſti è cordibus ſuis expungi voluerunt, de quibus legatur Euſebius.

Hæc de Charitatis energiâ: ſequitur de ejuſdem dignitate & præſtantia, quod nimirum omnis ſubſtantia, & mundi theſaurus, imò tota India cum omni ſuo auro, & lapidibus pretioſis non eſt cum charitate conferenda. Paulus itaq; non immeritò vocat eam maximam virtutum 1. Corinth. 13. Et ſi quidem nihil eſt amore pretioſius, & deſiderabilius, illum itaq; amplectemur, & ſubſtantiam mundi ſpernamus, æternaq; quæramus, ne utroq; privemur: nam ut Gregorius ait l. 8. mor. cap. 26. qui æternã non quærunt bona, temporalia cum tempore amittunt: poſſunt tamen no- *1. Cor. 13, 13.* *Gregor. l. 8. mor. c. 26.*

bis esse in usu, cœlestia autem erunt in de-
Bernh. siderio Bernhard. Et quanquam hæc in-
fima habent suas delectationes, suosq; amores, non tamen tali modo delectant, sicut Deus & amor divinus: in eo enim delectatur pius, quia amor ejus suavis, & quietus, & pectora, quibus inhabitat, suavitate & tranquillitate replet; quare
August. tra. 2. in ep. Ioh. Augustin ait tract. 2. in epl. Johann. Duo sunt amores; mundi & Dei, si mundi, amor habitat, non est, qua intret amor DEI, recedat amor mundi, & habitet Dei: melior accipiat locum, cum exhauseris cor tuum amore terreno, hauries amorem divinum, & incipit habitare jam charitas, de quâ nihil mali potest
Idem ibid. procedere.

Et tractatu eodem ait: talis est quisq; qualis ejus dilectio, si terram diligis, terra eris, si Deum diligis, Deus eris. Et lib.
Id. l. 1. de vis. int. c. 4. 1. de visint. cap. 4, ait idem: Dilige Deum, & diliget te Deus, assume pennas, cum quibus ad DEUM evoles: pennæ, quibus evoles, sunt dilectio Dei & proximi, hæ sunt duæ alæ, quibus evoles ad cœlos, transveharis ad sanctos, inter Angelos inseraris. Nunquam enim sancta anima & mens timens Deum potest vacare à dilectione.

V. 8.

(Soror

(Soror nobis parvula est, & ubera non sunt ei: quid faciemus sorori nostræ in die, quo fiet sermo de eâ?)

Hic sollicita est Sponsa Christi adulta pro Sorore suâ minori ex Ethnicismo nondum ad Sponsum conversa, quam tamen Sororis suæ & Christi titulo insignit, quia ejus carnem in unionem λόγου, & in consortium & Collegium Sacrosanctæ Trinitatis assumsit, ideoq; *particeps facta divinæ naturæ 2. Petri 1.* Sicut enim Sponsa ejus dicitur propter fœdus conjugale, vel ut Bernhardus ait serm. 73. in Cantic. quia Deum amat sapienter, dulciter & vehementer: ita Soror propter consanguinitatem *non Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ Hebr. 2.* Dicamus taq; cum Augustino med. c. 15. Hæc mihi tota spes est, omnisq; fiducia. Est enim in ipso Domino nostro JESU CHRISTO uniuscujusq; nostrum portio, caro & sanguis. Ubi ergò portio mea regnat ibi me regnare credo: ubi caro mea glorificatur, ibi me glorioſum esse cognosco: ubi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio.

2. Pet. 1, 4.

Bernh. ser. 73. in cant.

Hebr. 2, 16.

August. med. cap. 15.

Quamvis peccator sim, de hac communione gratiæ non diffido,

Et si

Et ſi peccata mea prohibent me, ſub-- ſtantia mea requirit. Etſi delicta mea me excludunt, naturæ communio non re-- pellit. Non enim tàm immitis eſt De-- us, ut obliviſcatur hominis, & non me-- minerit ipſius, quem ipſe geſtat, & quem mei cauſa ſuſcepit, ejus quem mei cauſa requirit.

2. Dicit, eam parvam eſſe, non quan-- titate, ſed qualitate, nam propter altitu-- dinem ſtaturæ, & ſpeciem externam ne-- mo placet Deo, ut videre eſt in Eliab 1. Sam. 16. Sed propter fidem, quæ licet ſit parva & exigua, tamen Deo accepta-- bilis, ut eſt Eſaiæ. 42. calamum quaſſa-- tum non confringet, linum fumigans non extinguet. Qui ita parvus eſt fide, oret cum illo: *Credo, Domine, ſed adjuva incredulitati meæ.*

1. Sam. 16, 7.

Eſaiæ. 42. 3.

Mar. 9. v. 24

3. Dicit, eam ubera, non habere, id eſt, prædicatores, ſecundum Calaguritanum, qui ei lac veræ doctrinæ propinarent. Quare Paulus 1. Cor. 3. ait: *non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam infantibus in Chriſto, lac vobis potum dedi, & non eſcam.* Et Petrus 1. Petri 2. *Sicut modò geniti infantes rationale ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo augeamini; inſuper quærit, quid ei ſit faciendum, cum ſponſus*

1. Cor. 3, 1.

1. Pet. 2, 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

sus sit juxta eam nudam, & discoopertam transiturus, & cum tempus amorum advenerit, ut in pactum ingrediatur cum eâ, quomodo firma fieret ubera ejus Ezech. 16. & quomodo oblivi- Ezech. 16, 8.
scatur populi sui, & domûs patris sui, ut Rex Ps. 45, 11.
concupiscat decorem ejus Psal. 45. Quomodo se geret, cum sponsus sit se cum illâ desponsaturus Hos. 2, 19.
fide, gratiâ & miserationibus Hos. 2. & fœdere perpetuo Psal. 89. cum eam derelictam, & Ps. 86, 4.
quasi mulierem afflictam vocabit uxorem adolescentiarum, & redemptor Israel erit maritus Es. 54. 6, 7.
ejus Es. 54.

Talis sponsa adulta erat Paulus cum ait 2. Cor. 11. *quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror. Et* 1. Cor. 9, 22.
1. Cor. 9. *factus sum infirmis quasi infimus, ut infirmos lucrifaciam. Et Rom. 9: 2. tristicia mihi* Rom. 9, 2.
magna, & continuus dolor cordi meo optabam anathema esse pro fratribus meis à Christo. Unde Chrysostomus ait hom. 2. de laud. Pauli: nullus tanto affectu sic sua deflevit peccata, sicut Paulus aliena, ideò optat anathema esse pro fratribus suis in carne, unde acerbius æstuabat illos non salvari, quàm seipsum perire. 2. Cor. 11, 28. Chrys. hom. 2. de laud. Pauli.

(*Si murus ipsa fuerit, ædificemus super eam palatium argenteum: & si ostium ipsa, muniamus super eam tabula Cedri.*)

Nunc

Nunc Sponſus ſuum conſilium dat quomodo cum ſponsa novella ſit agendum, dum ait: Si murus aheneus constans & firma fide fuerit contra Diaboli insidias, carnis titillationem, mundiq; fremitum, & in eâ perſeveraverit usq; ad finem & mortem ipſam, *ac per me exercitum percurrerit, murumq; tranſilierit* Pſal. 18. *tunc ego inſtar palatij ædificem eam, induamq; eam veſtimento ſalutis, & pallio juſticiæ involvam eam, tanquam ſponſum ornabo monilibus* Eſai. 61. *Operiam eam ſerico, & ornamentis* Ezech. 16. *daboq; eam in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æris ſuper omnem terram* Ierem. 1. *& in murum æneum & munitum* cap. 15. *& ego Deus ero ei murus igneus circum, & in gloriam in medio ejus* Zach. 2. *& ideo ſicut mons Sion non commovebitur in ſeculum, montes ſunt circum eam, & ego Dominus circum populum meum ex nunc & usq; in ſeculum* Pſ. 135. &. itaq; aditum cordis ſui mihi non claudit obicemq; non ponit, ac callum non obducit, *tunc ero ei oſtium, & ſi per me introverit, ſalvabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſtum inveniet* Ioh. 10. *ponamq; eam urbem fortitudinis, & muros, & propugnacula ejus ſalutem* Eſaiæ 26. & inſtar Cedri in corruptioni & immortalitate muni-

Pſ. 18, 30.
Eſ. 61, 10.
Ezec. 16, 10.
Ier. 1, 18.
c. 15, 20.
Zach. 2, 5.
Pſ. 135, 2.
Ioh. 10. 9.
Eſ. 62, 2.

Sicu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Sicut ergo Christus est murus æneus circum Ecclesiam suam, & ostium, per quod intrat in cœlestem Paradisum: Sic & sponsa Christi debet esse murus in cunctis tentationibus, & fons signatus & ostiū clausū Diabolo, apertum a. Christo pulsanti, ut absq; ulla injuriâ dilationis eum intromittere possit. Et ut Aug. ait l. de dil. Deo c.6. dum tempus habet, formā suā excolat, faciē ornet, habitū componat, maculas tergat, mundiciā reparet, mores corrigat, dignā sponso se omni nisu reddat, prępareat se, sicut decet sponsā immortalitatis, sponsam regni cœlestis. Quare & Bern. de int.do.c.67. ait: Anima, mea, si vis amari, reforma in te imaginē suā; & amabit te: repara in te similitudinē suā, & desiderabit te: eò ardentius eū diligas: quantò mirabilius ab eo te conditā intelligas. Si Deus ędificat domū, frustrà laborant ædificantes eam. Si Dominus non munit, & custodit civitatē, frustrà vigilat custos ejus Ps. 127,1. Si ille ostium gratię, & januā misericordiæ suæ clauserit, quis aperiat eā? *Omnis itaq; sufficiētia nostra ex eo est 2. Cor. 3,5. & ipse solus dat incrementū 1. Cor. 3. ipse operatur in nobis velle, & perficere pro bonâ suâ voluntate Phi. 2. Velle quidem naturæ est: malè velle corruptionis: benè velle conversionis & gratiæ. Quare Paulus Rom 9,16. non est volentis, neq; currentis,*

Doctrinæ.

Augu. l. de. dil. Deo c.6.

Bern. de int. dom. c.67.

2. Cor. 3,5.
1. Cor. 3.
Philip. 2, 3.

Rom. 9, 16.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

tis, sed Dei miserentis. Unde Augustinus in

Aug. in solil. cap. 25. soliloq. cap. 25. cum sic volui currere, ubi id magis stare credebam, ibi magis cecidi, ibi factusq; sum magis retrò, & non ante, & quod credebam, consequi magis elonga- tum est à me. Sic per multa similia vires meas probas. Cognosco nunc, quia illu- minâsti me, quum quod magis credidi posse, per me minus potui semper. Dice- bam enim, hoc faciam, illud perficiam, nec hoc, nec illud faciebam. Aderat vo- luntas, non erat facultas: aderat facultas, non aderat voluntas, quoniam, de meis viribus confidebam.

V. 10. *(Ego sum murus, & ubera mea velut turres: tunc fui in oculis ejus quasi inveniens pacem.)*

Aug. man. c. 18. Augustinus manual. 18. cap. ait: Pera- morem conjungimur Deo. Amor facit unum spiritum de duobus. Amor facit i- dem velle, & idem nolle. Amor facit mo- res componere. Hęc quam verissimavi- demus in sponsâ novella, quę hic in scenâ irrumpit dicens: Ego sum murus: q. d. ô sponse medullitùs amande, siquidem me murum æreum vis, tibi acceptum refero, quod tamen à præveniente gratiâ sum fa- cta murus constās, *& firmus, contra quē por-*

Matt. 19, 18. *tæ inferorū non prævalebunt Matt. 16. Et ubera,*

& mam-

mammæ virginitatis meæ non sunt compressæ Ezech: 23. Sed sunt lacte turgentia, ex quibus recentes Ecclesiæ fœtus nutriam, *donec in virũ perfectum, & in mensuram staturæ plenitudinis Christi Eph.* 4. evadant, ut mecum possint ingredi in Scripturarum sanctarum amoena prata, viridissimasq; sententiarum herbas exharando carpãt, legendo comedant, frequentando ruminent, atq; congregando tandem in altâ memoriæ sede reponant, ut tali modo dulcedine tuâ degustatâ minùs miserrimæ vitæ amaritudines sentiant Augustin. in med. c. 22. Cum Sponsa sic murus æneus erat, & ubera eius lacte tumebant, tunc invenit triplicem pacem 1. Cum proximo. 2. Cum Conscientiâ. 3. Cum Christo Sponso suo. Sed antequam hanc pacem consequi poterat, ut murus contra triplices hostes accerrimos firmissimè & immotè stare deberet, qui, ut Bernhardus ait in medit. c. 14. animam circumderunt, corpus, scilicet mundus & Diabolus. A corpore fugere non possum, nec ipsum à me fugare, circumferre illud necesse est, quoniam alligatum est mihi: perimere non licet, sustentare cogor. Et cum illud impingo: hostem mecum adversum me nutrio. Si enim satis comede-

Ezech.23.3

Eph. 4.13.

Augustin. in med.c.22.

Bernh. in med. c. 14.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

ro, & id robuſtum fuerit, ſanitas & forti-- tudo mihi adverſantur. Mundus verò circumcingit, & obſidet me undiq; ; & per quinq; portas, videlicet per quinq; corporis ſenſus, ſcilicet: viſum, auditum, guſtum, odoratum & tactum, ſagittis ſuis me vulnerat, & mors intrat per feneſtras mecas in animam meam. Porrò Diabolus, quem videre non poſſum, & ideò miuns mihi ab eo cavere poſſum, tetendit arcum ſuum, & ineo paravit ſagittas ſuas, ut vulneret me repentè. Laqueum poſuit in auro & argento, & in cibis, quibus abutimur, cum illis malè delectamur & illaqueamur. Et quis eſt ille, qui jacula eius extinguere poteſt? De quibus & Auguſtinus ait l. de dil. DEO c. 13. anima mea, non fugare, ſed circumferre domeſticum hoſtem, ſcilicet carnem neceſſe eſt, quia alligatus eſt nobis. Quid autem periculoſius & miſerabilius eſt, quam quod cogimur hoſtem noſtrum ſuſtentare? perimere cum non licet.

Auguſt. l. de dil. Deo c. 13.

2. Eſt ſeculum præſens nequam, qui per quinq; partes, id eſt, per quinq; ſenſus corporis jaculis ſuis vulnerat me, & mors intrat per feneſtras meas.

3. Eſt antiquus ſerpens, nunc quidem apertè & violenter, nunc occultè & fran-

dulen-

dulenter. Semper autem malitiosè nos impugnat & persequitur.

Cum sic undiq; bella, undiq; tentamenta, tela & pericula adsint, fugitet itaq; pia Sponsa, ut olim Teucer ad clypeum, & Azylum fratris sui Aiacis Christi, ut in eo inveniat veram & solidam pacem.

I. Ut dixi, colat cum proximo, in foro, in toro, in choro, eumq; amet tùm propter se, cùm propter Christum ipsum de qua Psal. 133. Vnde Clemens Alexandrinus l. 1. pædag. c. 3. ait: quomodo non diligeretur homo, propter quem unigenitus Dei filius ex sinu patris demittitur. Et Joh. 15. 12. Matth. 22. *Psal: 133: 1.* *Ioh. 15: 12.* *Matth: 22; 39.*

II. In conscientiâ: Bona enim conscientia est perpetuum convivium, quare Paulus: Justificati fide pacem habemus. Hanc multi peccatores sonmiant, se sæpè numerò habere, cum tamen ne scintillulam quidem eius possideant, cum clamant: Pax, pax, securitas & securitas, & ecce tremor & terror in conscientiâ peccato sepultâ, quæ (proh dolor) aliquando dormit, ideoq; non sentit peccati horrorem, quare Bernhard. serm. 33. in Cantic. ait: ecce in pace amaritudo mea amarissima. *Bernh. serm. 33. in Cantic.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

III. Cum Christo, qui hunc habet, semper cogitat, quomodo mundum derelinquat, ut ad Deum perveniat, quomodo carnis corruptionem evadat, ut veram pacem inveniat, semper habet cor suum & desiderium in superna elevatum, cum sedet, cum ambulat, requiescit vel aliquid agit, cor ejus à DEO non recedit. Sed confugit ad umbram alarum Christi, ut æstibus cogitationum hujus seculi in cuis refrigerij temperamento absconsus, lætabundus cantet, & dicet: Jn pace in idipsum dormiam, & requiescàm. Augustinus in Meditationibus c. 37. Sed quod dicit, tanquam inveniens pacem, eo indicat, quod in hac vitâ nunquam perfectam pacem invenimus, quia à peccato non desistimus, nec ad omnimodam pacem pervenimus. Sed cum apparuerit Princeps pacis, tunc pacem habebimus sine discordiâ, gaudium sine mœrore.

Augustin. in Medit. cap. 37.

V. 11. (*Vinea fuit ipsi Salomoni in Baal Hamon, tradidit vineam custodibus: quisque adducit pro fructu ejus*

V, 12. *mille argenteos.*)

(*Vinea mea, quæ mihi coram me est,*

mille

mille tibi Salomoni, & ducenti cu- V. 12.
stodientibus fructum ejus.)

Eadem Sponsa pergit Vineam cœlestis Salomonis celebrare, per quam Ecclesia intelligitur, quam inter Ethincos *plantat, & circumsepit, fodit in eâ torcular, ædificat turrim, & locat eam agricolis* Matth. 21. *de quâ Esaiæ 5. Vinea fuit dilecto meo in loco pingui, quam fodit, elapidavit, plantavit in palmite pulchro ex qua uvas expectavit, quare ablegavit servos, ut acciperent fructum ejus* Matth. 21. *De vineâ Iudaicâ ita David Psal. 80. ait: Vitem ex Ægypto proficiscì fecisti, expulsisti gentes, & plantasti eam coram ea viam explanâsti, & radicare fecisti radices ejus, & implevit terram.*

Matt. 21. 33. Esa. 51. Matt. 21 13 Psal. 80. 9

Hanc vineam tradidit custodibus, id est, Apostolis, & eorum successoribus, cum ait *Marc. 16. Ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Et *Matt. 16. Dabo tibi claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris in terrâ, erit ligatum in cœlis, & quicquid solveris in terrâ, erit solutum in cœlis.* Et *Iohan. 21. Pasce oves meas. Hi Pastores juxta cor DEI pascent Ecclesiam scientiâ & intellectu Ieremiæ 3.*

Marc. 16 15. Mat. 16. Ioh. 21. 17

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

languentem roborent, infirmam sanent, con-
fractam alligent, expulsam reducant, perdi-
tam quærant Ezech. 34: Pro hisce suis fru-
Ezech. 34. 4. ctibus & laboribus in Ecclesiam collatis
Christus mille argenteos & custodes du-
centos reportent, id est, mercedem co-
piosam, cum dicetur vineæ procuratori:
Voca operarios, & redde illis mercedem
Matt. 20. 8 *Matth. 20. Et: euge serve bone, & fidelis, in-*
e. 25. 21. *gredere in gaudium Domini tui c. 25. quare Da-*
Ps. 84. 7. *vid Psal. 84. ait: benedictionibus coronabitur*
Daniel 12. *Doctor. Et Daniel. 12. qui alios erudiunt, ful-*
3. *gebunt sicut splendor firmamenti, & qui justi-*
ficant multos, sicut stellæ in secula seculorum.
Et Paulus: qui bene præsuunt, Presbyteri dup-
lici honore digni habeantur: maximè labo-
1. Tim. 5. 17 *rantes in verbo & doctrinâ. Sed Christus Ecc-*
lesiæ architectus & fundamentum 1. Cor. 3.
1. Cor. 3. 10. ad huc majorem honorem & mercedem
habebit, quia majorem habuit laborem:
cæteri saltem vineam plantant & rigant,
ipse autem dat incrementum. *Quisq; ita q; propriam reportet mercedem secundum*
1. Cor. 3. 6 *proprium laborem* 1. Cor. 3. *Hunc agricolæ ex-*
tra vineam ejecerunt & occiderunt Matth. 21.
Matt. 21. 39. *Vineam ita q; ipse fodit, plantavit, rigavit, ela-*
pidavit, collegit. visitavit, & tandem propter
eam sanguinem fudit.

Quare

Quare Auguſtin. man. c. 15. exclamat: Ô immenſa pietas, ô inæſtimabilis Charitas, ut liberares ſervum, filium tradidiſti. Venit pius Deus, venit pro pietate & bonitate ſuâ, venit quærere, & ſalvum facere, quod perierat: quæſivit ovem perditam, quæſivit & invenit, & humeris ſuis reportavit ad caulas gregis, pius Dominus, & multum pius paſtor. Ô Charitas, ô pietas, quis audivit talia? quis ſuper tanta miſericordiæ viſcera non obſtupeſcat? quis non miretur, quis non collætetur propter nimiam Charitatem tuam, quâ nos dilexiſti? Sed quid tibi retribuere poſſumus, DEUS noſter, pro tantis beneficijs miſericordiæ tuæ, quas laudes, quasve gratiarum actiones? Etiam-ſi illa beatorum Angelorum ſcientia & potentia nobis foret, nihil tamen dignum tantæ pietati & bonitati tuæ recompenſare valeremus. Si certè omnia membra noſtra verterentur in linguas ad rependendum tibi debitas laudes, nequaquam ſufficeret ex iguitas noſtra. Superminet in omnem ſcientiam tua inæſtimabilis charitas, quam oſtendiſti nobis indignis pro ſolâ bonitate & pietate tuâ.

Auguſt. man. c. 15.

Nec illud ſilentio mihi obruendum videtur, quod aliqui hæc verba: vinea mea

coram

coram me est, sive ut in Hebræo est, ad ba
faciem meas. non Sponsæ, sed Sponso in-
terloquenti tribuunt; q. d. Ecclesia mea,
quam charo precioemi, ejus nunquam
possum obliviſci, *quia in volâ meâ exhara-*
vi eam Esaiæ 49. hanc volam aperio, &
Esa.49.16. omni momento scripturam illam lego,
relego, & meditor, in hac scilicet vineâ
Matth. 28. 20 *moror usque ad seculi consummationem Mat-*
the 28. *quia eam stylo ferreo & cuspide a-*
Ierem.17.1 *damantinâ in interiori meo scripsi Ieremiæ.17.*
Ioh.15. 4. *in ea maneo, & ipsa in me, ut est Iohann. 15.*
manete in me, & ego in vobis: sicut palmes
non potest fructum (ferre à seipso, si non man-
serit in vite: Sic nec vos, si in me non man-
Auguſt. *seritis.* Perelegantèr Auguſtinus super
tract. 81.in hæc verba tractatu 81. in Johannem ait.
Iohan. non eo modo illi in ipso, sicut ipse in il-
lis. Utrumq; autem prodest non ipsi, sed
illis: ita quippe in vite sunt palmites, ut
viti non conferant, sed inde accipiant,
unde vivant. Jta verò vitis est in palmi-
tibus, ut vitale alimentum subministret
eis, non sumat ex eijs. Ac per hoc & ma-
nentem in se habere CHRISTUM
& manere in CHRISTO Discipulii
prodest utrumq; non Christo, nā præciſo
palmite potest de vivâ radice altius pul
lulare: qui verò præcisus est, sine radic
non potest vivere.

Si

Si quidem Ecclesia, & quivis pius semper est coram facie Dei, & in eius cō-spectu, oculos igitur suos semper habebit ad Deum, quem desideret, in quo meditetur, dilectetur, pascatur, & impinguetur, adeō sit devotus, ita cantet, legat & in omnibus operibus suis sic erit providus & circumspectus, quasi Deus adsit præsens ante oculos ejus, sicut revera adest. Ita oret, quasi sit assumtus & præsentatus ante faciem majestatis in excelso throno, ubi millia millium ministrent ei, & decies centena millia assistunt ei. Augustinus man, 19. cap. *Augusſt. man. c. 19*

(O habitans in hortis, socios attendentes ad vocem tuam, fac me audire.) *V. 13*

Theodoretus hæc Sponsæ tribuit; q. d. ô tu, qui habitas in cœlis intona desuper voce grandi in interiorem cordis mei aurem, *ut audiam, quid loquatur in me Deus meus, quoniam loquetur pacem ad populum suum Psal. 85.* Descende inquam de sede altitudinis tuæ, & ingredere in cordis mei hortulum, illum tibi coapta, ut eum possideas, nam cor meum est sedes, habitaculum, templum, & requies altissimi, ideò cum animâ & corpore non sum mei ipsius, sed DEI, *ut est Psal. 132. Dominus* *Psal. 85. 9.* *Psa. 132. 13.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

nus elegit Sion, desideravit in habitaculum si-
Ioh. 14. 23. *bi, hæc requies mea in perpetuum, hic habita-*
bo, quoniam desideravi eam. Et Ioh. 14. 23. Si
quis diligit me, pater meus diligit eum, & ad
eum veniemus, & mansionem apud eum facie-
1. Cor. 6. 19 *mus. Et 1. Cor. 6. an nescitis, corpus vestrum*
templum esse habitantis in vobis Spiritus San-
cti, quem à Deo habetis. Et ipse Deus ait Prov.
Prov. 8. 31. *8. Delitiæ meæ cum filijs hominum.* Unde
Aug. soli- Augustinus soliloq. 29. ait: quos prædesti-
loq. 29. nasti, ipsos vocasti, sanctificasti & mun-
dasti, ut dignum habitaculum sint tuæ
majestatis, cum quibus & in quibus sint
tibi deliciæ sanctæ & mundæ, in quibus
tu delectaris, & lætificas iuventutem eo-
rum habitans cum eis, in memoriâ eo-
rum, ut ipsi templū sanctum tuum sint,
quod magnæ dignitatis, & commenda-
tio est humanitatis nostræ.

Fac me quæso aliquando audire vocem
illam: Surgite mortui, & venite ad judi-
cium; quàmvis hic videtur sonare in a-
uribus meis, sive comedam, sive bibam,
sive aliquid faciam. ut Hieronymus ait
Hieronym. super Matthæum: vel audiam illam: *Ve-*
sup. Matt. *nite benedicti Patris mei Matth. 25. Hanc dul-*
Ioh. 6. 68. *cem Christi vocem audivit Petrus, quare ait*
Ioh. 7. 46. *Ioh. 6. quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et*
Pharisæorum ministri, qui dicunt Ioh. 7. nun-

quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

quam loquutus est homo, sicut hic homo. Sermo ejus semper est in gratiâ, sale conditus Colos.4: Colos.4.6.
Vox itaq, & verba ejus sunt Spiritus & vita Ioh. 6. Verè vox eujus vita, & vivificans peccatorem æternis tormentis mancipatum, ut Anselmus ait: quid misericordius intelligi valet, quàm quod peccatori æternis tormentis condamnato, & non habenti, unde se redimat, Deus pater clamat: Accipe unigenitum meum & da pro te. Et ipse filius: Tolle me, & redime te: imò ancea & clavi clamant mihi, ait Augustinus man. 23. cap. quod verè reconciliatus sum Christo, Item cœlum & terra non cessant mihi dicere, ut amem Dominum meum man. 24. Si quis hæc verba secundum textum Hebræum vult ponso loquenti tribuere, tunc eorum sensus talis est: O Sponsa, quæ habitas in sanctarum Scripturarum amœnis hortis, ubi viridissimas sententiarum herbas colligis, extolle in Ecclesiâ vocem tuam, quasi tubam, ut populo meo annunties prævaricationes eorum, & domui Iacob peccata eorum. &c. Ioh.6.65. Anshelmus
Augusti. man.cap. 23.
Idem.man c.24.

Fuge, dilecte mihi, & assimilare tibi capreæ, vel hinnulo cervorum super montes aromatum.) V.14.

Sponsa

Sponſa tandem amore inebriata, jaculoq; charitatis vulnerata CHRISTUM, tanquam theſaurum immarceſsibilem, deſiderabilem, incomparabilem, multũque amabilem, vehementi deſiderio flagrat, ad eum venire cupit, eumq; videre deſiderat, quia malè ei eſt non ſolùm extra ſe, verùm etiam in ſeipsâ, cum absque CHRISTO ſit, omnis copia, quæ DEUS non eſt, ei eſt egeſtas ſumma. Ideò cor ſuum coram eo, tanquam cortinam expandit, ut intret in illud Rex gloriæ, & reddat ei ſeipſum.

Et ſiquidem eam ſic amavit, ſic ſalvavit, pro eâ tanta & talia paſsus eſt. Inamplexus itaque ejus caſtiſsimos curre re vult, ſuavia cum eo miſcere, eoque frui ad ſatietatem, & poſsidere totum ad jucunditatem. Sed quia hæc perfectè in hac vitâ obtinere non potuit, itaque in hanc vocem erumpit.

Fuge! quaſi dicat, fuge ad me de monte celſitudinis tuæ, & de throno majeſtatis tuæ, accelera inquam, curre & accurre curſu celerrimo, ut caper vel hinnulus cervorum venj, & revertere ad ultimum judicium, ut me me liberes de luto fecis, de lacu miſeriæ, de omni pec

cat

cato, & iniquitate, equidem Sponsalia
tecum celebravi in hac vita, *veniant iam*
quæso nuptiæ agni, uxor ego tua iam præparata
sum, indue me byssino candido & splendenti
Apoc. 19. *quandoquidem tu es maritus me-*
us, & ego uxor adolescentiarum tuarum
Esaia. 54. *& desiderium oculorum tuorum* Apoc. 19.
Ezech. 24. *Duxisti enim me in matrimo-* 7.
nium, ut tibi filios & filias pariam. cap. 23. Esa. 54. 5.
Ego uxor tua, ut vitis fructificans Psal. 128. Ezech. 24.
revertere igitur, obsecro, respice ex coelis, & 10.
vide & visita vitem tuam Psalm. 80. *ò Rex* c. 23. 4.
concupisce decorem meum, ut astem tibi con- Psal. 128. 3.
iunx tua ad dexteram tuam in massâ auri Psal. 80. 15.
Ophir. Duc me virginem tuam cum lætitiâ
& exultatione ut ingrediar palatium tuum
Psalm. 45. *Lætare quæso de uxore adoles-*
entiarum tuarum, sint tibi sicut cerva, & Psal. 45. 10,
ubera mea inebrient te omni tempore, in a- 12, 16
more meo delectare iugiter Proverb. 5. *Ve-*
niat tempus amorum, ut mecum in pactum
ingrediaris, orna me ornamento, & operi
re serico, ut perfecta fiam in decore tuo Ezech. Prov. 5. 19.
6. *Veni citò, veni, inebriemur amori bus* Ezech. 16.
sque mane, & collætemur in amoribus Prov. 8, 10, 14.
Tu dixisti, salus mea propè Esa. 56. & Prov. 7. 18
appropinquat dies Domini super omnes gen- Esa. 56. 1.
s Obd. 1. *Et ecce, Iudex stat ante fores* Iac. 5, Obad. 1.
Et Iacob. 5, 9

Es. 56. 1. *Et in proximò es, qui in fine seculi advenies,*
Obad. 1. 5. *expecto itaq; te pastorem meum, ut requiem*
Iacob. 5. 9. *æternitatis des mihi 4. Esdr. 2. tuo benedicto*
ore dixisti: Venio cito, tene, quod habes, ut
Esdr. 2. 34. *nemo accipiat coronam tuam Apoc. 3. Ve-*
nio citò, & merces mea mecum, & spiritus, &
Apoc. 3. 11. *Sponsa ego tua dicimus: Veni, & omnis au-*
diens dicat: Veni; Amen, etiam veni, Domine
IESV, & noli tardare Apoc. 22 Sic Augusti-
nus orat sol. c. 23. Tu Domine, expe-
Apoc. 22. 12. ctatio Jsrael, desiderium, ad quod susur-
117. 20. rat cornostrum cottidiè, festina, ne tar-
Aug. sol. c. daveris. Surge, propera, & veni, ut edu-
23. cas nos de isto carcere ad confitendum
nomini tuo, ut gloriemur in lumine tuo.
Et c. 35. ait: Heu me, quamdiu dicetur
mihi: Ubi est Deus tuus? quamdiu di-
Id. c. 35. cetur mihi: expecta, reexpecta, nunc
quæ est expectatio mea? Expectamus
Dominum, quando revertatur à nuptijs,
ut inducat nos ad suas nuptias. Veni,
Domine & noli tardare. Veni, Domine
JESU CHRISTE, & veni, & visita
nos in pace. Veni, educ vinctos de car-
cere, ut lætemur coram te perfecto cor-
de &c. Et Hieronymus. Veniet dies illa
veniet, in quâ corruptum hoc, & morta-
le induat incorruptionem & immortali-
Hieronym. tatem.

De

Deinde & hoc haut ſilentio occultandum videtur, quod vocat locum, per quem *cerva matutina Chriſtus Pſal. 22.* tranſilire deberet montem aromatum, quia in illo ſancto & æternæ beatitudinis mōte ſunt hæc aromata, nimirum gaudium ſine mœrore, requies ſine labore, dignitas ſine tremore, opes ſine amiſcione, ſanitas ſinè languore, abundantia ſine defectione, vita ſine morte, perpetuitas ſine corruptione, beatitudo ſine calamitate &c.

Ad hunc montem duabus alis ſcilicet charitate Dei & Proximi, eſt volandum. Aſſumat itaq; ait Auguſtinus Man. c. 3. Spiritus meus pennas ut Aquilæ, volet, & non deficiat, volet, & perveniat usq; ad decorem domus tuæ, & thronum gloriæ tuæ, & ibi ſuper menſam defectionis civium ſupernorum paſcatur e oculis tuis in loco paſcuæ iuxta fluenta pleniſſima.

O ter quaterve beatus, ad cujus nares horum aromatum odor gratiſsimus pervenerit ſ nam initium guſtus & gaudium tæ æternæ in illo ex templo hic inchoatur, illic autem conſummatur, quare dicum Auguſtino man. c. 36. Medite-

tur

tur inde interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, sermocinetur os meum, esuriat illud anima mea: sitiat caro mea, desideret illud tota substantia mea, donec intrem in gaudium Domini mei ibi permansurus per secula Amen.

Ad
Reverendum & Doctissimum
Virum
Dn. LAURENTIUM HALJA
DUARDI STHENIUM, cum iii lucem emitteret, Notas Theologicas ad Cantica Canticorum Salomonis.

Laude reportarunt merces, qui falsa Deorum
Condignis quondam celebrarunt dogmata festis.
Ast quanto potius, mi STENI, *dignus honore*
Sedulus in sacris qui sic versare libellis,
Vt solidis partem, quæ flumine amoris abundat,

Dijd

Difficilem illustres graviter, sed suaviter ornas,
Hoc tantum retinens sacri quod regula verbi
Suggerit; heu sitiens summi Factoris honorem,
Et ter ab æternis animæ emolumenta periclis.
Præmia digna tui cernes mox ipse laboris.

Imq; f.

Martinus Matthiæus, Hafniâ-Danus.

Νυμφευτὴρ ἄδε καὶ κήρυκι μερόεσσαν
Πάσσοφος Ἑβραίδων κοίρανος ὠνὴ, Σολόμων-
Οὔτος μήδε χαμαὶ ἕρπε λόγος, ἔδε γαίης
Ἔργα νοεῖ, δωθεὶς ὑράνοθεν πίλεται.
Θαυμαστὸν δ' ὥς μηδὲν ἔῃ ὑψόφρενας ἄνδρας
Ἑρμηνεῖς ταύτῃσι παφομένους ἀπάτῃσι.
Καὶ τῶν μὲν ἄλλους ἀσεβὴς φρεπίτνα ἔλαυνεν
Ῥήματα ὥς μῦθον θεῖα νομιζέμεναι.
Ἄλλους Ῥωμαίων Πάπας σφαιρηδὸν ἀείρει
Στρεβλοῦντας τοῦτον τὸν λόγον ἐς μαρίαν
Παυροὶ ἐφ' εὐρείας τριόδους μυρίηλα ὁρῶσι
ὧδε χαρῶ θ' ἁγίου πνεύματος εὖρον ἐδῶ.
Γάττων, ὦ ΣΤΕΝΙΩΝ κλέος, εἰς σύμβωλ' εἰ θεοπνεύστων
Δεῖγμα τε σῆς δώτνας ἄϊδιον σοφίας
Μὴ παῦσαι πονέων; Νύμφης τόκος, εἰδὲ παναγνὸς
Ἐκ τοῦ ὅπλα λάβες δῶρα πονοῦντι μένει.

Congratulationis & intemerati affectus contestandi ergò exaravi
Christianus Iohannis. Hafn. Danus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

LAUS ARVI, NITENS UT HYADES
ERGON VIVUS!

transliteratio consarcinatâ ex nomine

LAURENTIUS HALVARDI, STETTINIUS NORVEGUS

L tamen in Y verso, remanente U.

Epigramma.

FElices illos queis sunt sacra Biblia cura
Felices illos terq; quaterq; canunt!
Tuq; gregalis es, haud solum experientia testis,
Sed simul id monstrant, hæc tua scripta satis.
Quid multis? cum nunc mea sint verissima dicta
Nemoquè nî demens, ista negare queat.
ERGON dum sacro constringis codice librum,
LAUS ARVI peto sis pectore corde piò,
Perge Solo, VIVUS! sacros producere libros,
UTq; HYADES cœlo, tempus in omne NITENS.

L. Mq;

In inclutâ Albana apposuit
PETRUS JOANNIS, Wibur[illegible]
go-DANUS.

Lau[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

VAurenti, tua cur doctis non sacra placebunt
Dogmata? divinis cùm sint ex fontibus hausta,
Et mirè, ut dicam, verbi pleniſſima ſacri:
Nec non innumeris *Patrum* exornata columnis.
Perge roſis Laurenti igitur detrahere ſpinas,
Et denſas hominum menti removere tenebras?
Atq; Dei verbi ſacra dogmata tradere vivi:
Quò Muſis placeas, hominiq; Deoq; potenti.
Qui tibi, cùm vulgus laudem dignumq; brabeum
Deneget, ipſe dabit cœleſti in prȩmia regno.
Ore Theonîno turbas quid Zoile? quæſo!
Et fruſtrà mordes ſcripturis conſona ſacris?
De Tabula ſepone manum: Nam dogmata ſacra
Non patitur Deus impunè ut lædas Sycophanta.

VVitteberg æ Decantavit
Petrus Nicolai Tiſtadio; Danus.

Saiden Ionathas, Phthium dilexit Achillem
Actorides, Pylium Neſtora Tantalides:
Pirithoo Theſeus amor, Pyladeus Oreſti,
Nyſæus Phrygio favit & Euryalo.

Dulcis amor fuit ille: at dulcior ille ſuper nè
Quo Trienas Chriſto membra dicata fovet.
En tibi divini cælata toreumata amoris,
Quæ tibi Laurenti *pagina docta refert.*
Ultq; repercuſſum ſpecli compago figurat
Schema hominum: hic hominum IHOVA *videtur amor:*
Hîc licet humano dias ab amore micantes,
Et velut arſuras cernere ritè fibras.
Hîc, ut in amplexus trepidet Sponſa ire perennes,
Et ſponſæ ſponſum cernere ritè licet.
Ergo ſacris operata cohors Sponſalibus, iſthîc,
Siſtè animum, & ſponſum noſcere diſce tuum.

Ad indiſolubilem amicitiæ nodum Ergo

In Alma ad Albim
poſui

Nicolaus Ericus Brun Marſtrandiâ Arctander.

Bene--

Benevolus Lector, errata quæ ex iucuriâ Typogravi inciderunt quorum quædam correcta, quædam v. (imprimis loca scripturæ) propter nimiam inconvenientiam neglecta, ita corrigat.

In ipsa inscripsione. lin. 1. pro ab legat ac. In dedicatione. lin. 21. pro arborum, arborem. pag. 2. l. 2. pro tyrannib. sævientis, leg. tyrannis sævientibus. pag. 22. lin. 5. pro הוּשַׁע leg. הוֹשֵׁעַ pag. 10. lin. 17. pro uberius, uberibus. pag. 13. lin. 23. pro pettransiit, l. pertransiit p. 15. l. 8. pro recedentib. recentib. p. 16. lin. 8. pro justiriam l. justiciam p. 17. l. 2. pro omninus l. omnibus p. 17. l. 16. pro Scmeritanus leg. Samaritanus p. 17. l 28. deficit 6 p. 28. l. 3. pro eterna leg. è terrâ p. 37. l. 21. pro omnipoteus le. omnipotens. p. 64. l. 4. pro hoc leg. hi p. 68. l. 24. pro cotidie leg. cottidie. p. 72. l. 21. pro domine leg. Domino. p. 73. l. 13. pro arde leg. arder. p. 77. l. 6. pro mihi leg me. p. 77. l 13. pro feax leg. ferax. p. 79. l. 6. pro nidiricant l. nidificat p. 91. l. 21. pro abscòndet l. abscondes p. 100. l. 28. pro elucta l allecta p. 110. l. 26. pro transivit n. Abraham l. Tranfivit n. ab Abraham pag. 122. l. 6. pro hoc bruma leg. hanc brumam. p. 129. l. 10. pro beni leg. benè, p. 136. l. 21. ultimum esse abundat. p. 150. l. 1. pro semno socuritatis, somno securitatis. p. 180. l. 2. pro univer-universo. p. 181. l 10. pro cuam tuam p. 191. l. 10. pro reponendi, resumendi. p. 193. l. 7. pro facis, facit. p. 205. l. 4. pro flāma, flumina. p. 206. lin. 3. pro Eaceste Facesse. p. 215. l. 5. pro pro te labitur (lege) protelabitur. p. 222. l. 23. pro hominē, hominū. p. 226. l 8 pro vern leg. venas. p. 295. l. 3. pro רַבִּים lege רַבִּים. pag 298. l. 20. pro Sūmus, leg Somnus. p. 294. lin. 6. pro mens. leg. mera. ib. lin. 24. pro אַפֵּךְ lege אַךְ. p. 305. lin. 2. pro potes, l. potest. p. 306. l. 10. pro iri dixisti, lege ivi dnxisti. p. 324. lin. 6. pro cum le. eum. p. 330. l 15. pro er lege eam. ib. l. 21. pro ciavsa lege clausa p. 331 l. 19. pro portabit, lege potabit. p. 338. lin. 16. pro, pruinæ le. prunæ p. 341. l. 17. pro archam leg. arrham. p. 351. l. 16. pro infimus, le. infirmus. p. 360. l. 15. pro reportent lege reportet.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

VVITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS GORMANNI,

Anno M DC XX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-131 8° 2211